




**Iohannis Pappi, doctoris theologi, Defensiones duae, quibus
D. Ioannis Sturmii rectoris Antipappis duobus respondetur,
maiori, & epitomico. De charitate, & condemnatione
Christiana, secunda. De libro Concordiae, & de confessione
Ecclesiae Argentinensis, tertia.**

<https://hdl.handle.net/1874/424753>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. qu.

88




Handwritten text in a script, possibly Arabic or Persian, located at the top of the page.

23

hh





ARINCIA
1850

1850
1850

LIBER

A
B
abs
cum
coram
clam
de
e
ex
pro
pro
sine
absq;

DE CONIUNCT.
amādus, legens, amans
osculandus.
in verbo duo participia
præteriti imperfecti
qui amat uel amabat.
amans, id est, qui amabit.
fieri supinis, etiam
duo participia: Al
plusquamperfecti tē
amatus, uisus, pexus, id
fuit, uel fuerat. Vel per
nāram, uidi, uel uide
andus, id est, q
ante omnia passiu
imperfecti.

nomina
Nominati
dum.
Mne uerbum antecedit nominatiuus
agens seu participii, eiusdem numeri
personarum.
Ego doleo.
In gaudes.
Genitiuus post uerbum.
Sum genitiuum postula, quoties significat pos
sionem: ut, Hæc uesitis est patris. Aut ad aliquid
pertinere: ut, Regnum est ueneri leges. Prudentis est
milia dissimulare.



DE CONIUNCT.
DE CONIUNCT.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

1720

DE ADAPT

EX LIBRIS

LIBER TRITIVS

Dilecti fontis aduersarii loco
Abbas huius monasterii
Ceteri vero in huiusmodi
temperantia et moderatione
Exemplum aduersarii
Tertio loco
Ceteri in loco
MODI
In huiusmodi
Ceteri in loco
Agregat huiusmodi
Tertio loco
Ceteri in loco

legem

et

in dicitur
in dicitur

88

Item certum e[st] d[omi]n[u]m s[er]u[um]
 h[uius] m[un]di esse d[omi]n[u]m s[er]u[um]
 r[ati]o quib[us] op[er]atur a d[omi]no
 r[ati]o p[er]fecta r[ati]o p[er]fecta s[er]u[us]

Da. s[er]u[us] t[er]m[in]u[m] s[er]u[us] p[er]fecta.
 b[er]t[er] quib[us] r[ati]o s[er]u[us] r[ati]o
 est h[uius] m[un]di s[er]u[us] op[er]atur
 r[ati]o. sic r[ati]o corr[ump]it r[ati]o

De suis ordinibus & capitulis suis

De administratione capituli.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 101

LECTURE 1

MECHANICS

CHAPTER 1

INTRODUCTION

1.1 Kinematics

1.2 Dynamics

1.3 Energy

1.4 Momentum

1.5 Angular Momentum

1.6 Relativity

1.7 Quantum Mechanics

1.8 Electromagnetism

1.9 Optics

1.10 Modern Physics

1.11 Summary

1.12 Appendix

1.13 Bibliography

N. 23. A.

N. 23. h. h.

IOHANNIS PAPPI,
DOCTORIS THEOLO-
GI, DEFENSIONES
DVAE,

QVIBVS D. IO ANNIS STVRMII RE-
storis Antipappi duobus respondetur, Maio-
ri, & Epitomico.

De Charitate, & Condemnatione Christiana, Secunda.

De libro Concordiae, & de Confessione Ecclesiae Argentinensis, Tertia.



Ex Donatione H. o. Bischer.

TVBINGAE,
Excudebat Georgius Gruppenbachius,
Anno 1580.



1011 A N I S P A R P I

DOCTOR IS THE GO

D. B. B. B. B. B. B.

DOCTOR IS THE GO

DOCTOR IS THE GO

DOCTOR IS THE GO



DOCTOR IS THE GO

DOCTOR IS THE GO

DOCTOR IS THE GO



3

NOBILIBVS, CLA-
RISSIMIS ET PRVDENTISSI-
MIS VIRIS, D. ARBOGASTO RECHBVR-
gero Prætorio, D. Ioanni Carolo Lorchero Consu-
lari, & D. Friderico Gotteshemio, Reipub.
Tredecemuiris, Scholarhis & Aca-
demix Patronis,

GRATIAM ET PACEM DOMINI ET
Seruatoris nostri Iesu Christi.

PUBLICA ET PERVVLGATA
isthoc scripturiente seculo querela est, Amplissimi D.
Scholarchæ, de Theologorum, eorumque qui Theologica
tractant, mutuis concertationibus, & insecutionibus:
neque desunt inter pios etiam, qui minore cum periculo Ecclesiæ dissi-
mulari, quàm refutari posse plerosq; hostium veræ doctrinæ insultus
existiment. Nam aut ipsam doctrinam impugnari aiunt, quæ & per
se clara sit, neq; vnquam contradictoribus carere possit: aut vitam do-
centium, quam rebus, non verbis excusandam esse putant. Addunt
etiam, in veritatis sæpe defensione, aut refutatione errorum, non eum
seruari modum, quem Christiana requirat charitas et mansuetudo: vt
nonnunquam Ecclesiasticis dogmatibus, haud paulò plus defendenti-
um immodestia, quàm aduersariorum noceant argumenta. Quamuis
autem non nihil dicunt, qui ita sentiunt: est tamen, quod ipsorum
rationibus responderi debeat, ac possit. Et illud imprimis, etsi ipsa per
se veritas clara satis & aperta est cupientibus eam cognoscere: ita
tamen eam aduersariorum cauillis vt plurimum inuolui, vt nisi sint,
à quibus simpliciores admoneantur, facillimè in errorem permulti
possint abduci. Et certè, veritatem doctrinæ cœlestis, nemo clariùs,
A 2 nemo

nemo apertius tradidit ipso Spiritu sancto, qui per Prophetas & Apostolos locutus est, ipsoq; filio Dei, sapientia aeterni Patris, Dño & seruatore nostro Iesu Christo. Et tamē, quot defensionēs, quot refutationes, in horum concionibus & libris reperiuntur? Neq; verò, quia semper futuri sunt, qui veritati resistent, & contradicant, ideo veritas ipsa defendenda non est: sed contrà potius, cum nunquam inimicus veritatis, Satanās, quiescat: pijs quoque Ministris elaborandum erit, ne deserta ab ipsis & prodita veritas videatur. Iam, cur vitā & mores veritatem defendentium calumniari soleant aduersarij, nemo non videt: nempe, vt quorū doctrinam refutare non possunt, eos suspectos saltē & inuisos reddant auditoribus. Vt igitur bona conscientia opus est pijs Ministris propter Deum: ita bona etiam fama, propter proximum: ne propter ipsos veritas doctrinæ cælestis, quam defendunt, blasphemetur. Et si verò negari non potest, nō semper huiusmodi inscriptionibus modū seruari, qui debebat: tamen Chrysostomo etiam autore, tutius scandalum permittitur, quàm veritas nō defendatur. Quin & ipse Paulus animum & νεοαίεσις spectari vult docentium in Ecclesia, & ex eo, de ipsa, siue elocutione, siue actione, iudicium fieri: Siue **INSANIMVS**, inquit (insanire enim dicuntur, qui ardentiore zelo pro veritate depugnant) **DEO INSANIMVS**: siue sani sumus, vobis sani sumus, charitas enim Christi constringit nos, 2. Cor. 5. Charitas, inquit, non qua hunc aut illum complectimur, sed Christi, hoc est, quam Christo, & eius gloriæ debemus. Itaq; non omnes huius argumenti inscriptiones improbari possunt: sed eæ demum, quæ veritatem oppugnant, & erroribus patrocinantur: quæ autem veritatis defensionem, & errorem refutationem continent, eæ sanè necessariae sunt existimandæ.

Ego, vt de his Defensionibus meis fatear, quod res est, maluissem operam studiumque hoc, alijs, vel Ecclesiæ vel Scholæ negocijs impendere: sed graues profectò causæ fuerunt, quæ me & ad scribendum, cum primùm Antipappos accepi, & nunc ad edendum, nō tam hortatae sunt,

Dedicatoria.

5

sunt, quàm impulerunt & coegerunt. Agitur enim de Confessione mea, quam toto nunc decennio, in isthac Ecclesia & Schola, pro tenuitate donorum meorum, per Domini tamen gratiam, publicè proposui. Eam verò si patiar ad hunc modum, scriptis ex hac ipsa Academia, cui seruiò, editis, palam traduci: quid aliud, quàm malè mihi conscius videar: qui ea, quæ quotidie doceo, & inculco auditoribus meis, non etiam publicè ausim defendere? Quanquam verò nullius mihi erroris conscius sum: ita tamen affectus animo sum, ut paratus sim doceri & moneri à quolibet, qui Scripturarum sacrarum auctoritatem mihi afferat. Vicissim tamen officij mei esse iudico, ijs, qui Confessionem meam oppugnant, ex earundem Scripturarum oraculis errorem, si possim, ostendere. Neque profectò defuerunt his mensibus, qui non semel in os mihi dixerint, tam diuturnum silentium meum, pro desertione vadimonij, à plerisque haberi. Ego verò, quia audieram editionem Antipapporum sic excusari, quòd inscio autore suscepta esset, minimè properandum putavi, sed expectandum potius, dum & de editionis consilio, & de authoris instituto, certiùs aliquid cognoscerem: & tantùm non persuaseram mihi, re ipsa ostensurum illum, hanc sibi editionem displicere. Cùm autem pergere ipsum iam videam, & propositum suum urgere: mihi quoq; abrumpendum esse hoc silentium existimaui. Accedit & hoc, quòd Aduersarius, Confessionem meam accusare non contentus, famam etiam, & existimationem meam eiusmodi criminationibus violat, ut nisi ei respondeam, & hanc à me iniuriam depellam, neq; bonus vir, neque bonus Reipublicæ nostræ ciuis esse, aut haberi queam. Quid enim ista sibi volunt verba, in secunda ad vos, clarissimi D. Scholarchæ, epistola? pag. 221. Me tuo Pappum, ne CONVERSIONEM maiorem REIPUBLICÆ afferat, quàm inde ab occasu Capitonis, & Bucerri, & Hedionis senserimus, si principatū obtinebit. Et sequens restatim: Sed errat Pappus, quòd ME OPPRESSO, sperat se, quod instituit, consequi posse. Quibus ego verbis, maxima me ab

ipso iniuria affici, & criminose ac suspiciose, non vere, accusari respondendo et protestor. Taceo iam lasæ maiestatis crimen, quod pag. 186. ita callide tractat, ut si de eo litem ipsi mouere velim, facile se speret illa verborum lubricitate elabi posse, ut nihilominus tamen suspitione hæc, tanquam stimulum, in lectorum animis relinquat. His ergo de causis, mearum quoque Defensionum editionem putavi esse necessariam.

Quod autem sub amplissimo vestro nomine, Clarissimi & prudentissimi D. Scholarchæ, apparere eas volui: eius ego rei, neque pauciores, neque minoris momenti, causas habeo. Primum, ut discepcionem hanc nostram, ad suum & competentem ut vocant, iudicem reuocarem. Coram vobis enim, & coram ijs, quos vobis ex Ministerio Ecclesiastico, & Academia aduocaueratis, Antipappi isti recitari debebant, & mea quoque Defensiones audiri: non autem Geneuam, & inde in totum orbem Christianum, ista transferri cōtrouersia. Et vos quidem, ne isthuc fieret, satis seuerè mandaueratis: sed plus tamen potuit irrequietorum quorundam, qui nisi turbatis rebus, non sperant se posse emergere, fraus & astutia. Vobis igitur, & ijs, quos vobis aduocaueratis, Theologis & Professoribus, has Defensiones mitto, ut utraque iam parte audita, statuatis et decernatis, quod ad gloriam Dei, et tranquillitatem Academiae nostræ existimabitur pertinere. Remouet quidem à cognitione hac, Theologos, aduersarius in fine Antipappi maioris, pag. 214. his verbis: Hæc omnia huiusmodi sunt, ut à Senatu, à Scholarchis, A IVRE CONSULTIS, cognosci & iudicari possint: neque opus habent tuo consilio, neque tui similitum. Sed non existimo ipsius esse, vobis præscribere, quibus in hac cognoscenda causa cōsultoribus et adiutoribus, uti debeat. Deinde, ut liquido ostendere vobis possem, quis nostram, cōcertationis huius & dissidij, auctor haberi debeat. Video enim, disputationi meæ: quam veram et verbo Domini consentaneam esse, nemo potest negare: hanc tamen opinionem plurimum detrabere, quod inde initium dissidij istius orrum dicitur. Et certè, si id initium cuiusque actionis debet appellari, unde occasio vel

filia sumitur, non negarim, disputationem meam: initium esse huius
 concertationis. Cum enim iamdudum hoc acerbitatis suae in librum
 Concordiae virus euomere cupiuisset aduersarius, neque alia daretur
 occasio, isthanc arripendam putauit, quae tanto ei magis placuit, quod
 sub officij sui, & Rectoratus pileo occultare se omnem istam amarum
 lentiam posse sperauit. Si autem id cuiusq; rei initium esse putandum
 est, unde res ipsa oritur, atq; promanat: alia huius dissidij initia haud
 difficulter poterunt demonstrari, idq; ex ipsis aduersarij Antipappi.
 Quories enim conqueritur, me Senatui persuadere conatum esse,
 Scholam concordem esse cum Ministerio, & in eadem esse
 sententia de subscriptione libri Concordiae: & petiisse me, vt
 per Senatū liceret Scholae subscribere nouo Corpori doctrinae:
 pag. 88. 89. 94. 106. 177. 253. 256. toties verū huius dissidij ini-
 tium & fontem demonstrat. Nempe, ferre non potest, neq; vult, vt
 Schola, h. e. Professores Scholae, cōcordes sint, & idem de religione cū
 Ministris Ecclesiae sentiāt. Hoc, quia me audiuit affirmasse, & quia
 metuit, ne probata à Magistratu nostro Formula Concordiae, concor-
 dia etiam religionis inter Ministros Ecclesiae & Professores necessa-
 rio deinceps fouenda sit: idcirco cōmouetur, irascitur, & indignis mo-
 dis indignatur: omnemq; mouet lapidem, vt Schola haec, cum Helueticis
 potius, et exteris, quam cū Augustanae Confessionis Ecclesijs cōsen-
 tire videatur. Quamuis aut̄ exteris ipse hominibus persuadere con-
 tur, meliorem & saniorē partem Conuentus Academici pag. 95. & 177.
 sed et tria millia ciuiū pag. 234. in sua sententia esse, et à mea, quae to-
 rius Ministerij sententia est, dissentire: magnā tamē, et meliori ac sa-
 niori parti Conuentus, quae et purioris doctrinae, et cōsensus Ecclesiae et
 Scholae est quam studiosissima, & tantae ciuiū multitudini, quae nobis
 certē Ministris Ecclesiae, quam ipsi, notior est, iniuriā hac ipsa asseue-
 ratione facit. Et certē, nemini adhuc Professori, vos amplius. D. Scho-
 larum permisistis, vt Cinglianā aut Calvinianā doctrinā in Schola pa-
 lam proponeret, aut Ecclesiae nostrae Confessionē publicē insectaretur.

Epistola Dedicatoria.

Itaq; huius quoque erga veram doctrinam studij, cum vestri, cum melioris ac sanioris partis Conuentus Academici, testimonium dedicatione hac mea extare volui, vosq; cohortari, & obsecrare, vt in eam curam deinceps quoq; sicut facitis, incumbatis, vt & vera religio, & inter Professores pax, in Academia vestra floreant. Ego, tametsi varijs Ecclesie Cathedralis occupationibus implicitus, quantum tamen ad iuuanda & prouehenda Theologiae studia elaborare potero, optima semper fide enitar. Bene in Christo Seruatore nostro valete. Amplissimi & Prudentissimi D. Scholarchae. Per script. Argentorati, 18. Martij, quod die ante annos 17. Concordia inter Ecclesie Ministros, & Scholae Professores, cuius in his Defensionib. aliquoties mentio fit, constituta fuit.

1580

Amplitudini vestrae

addictissimus

Iohannes Pappus, D.

IOANNIS PAPPI,
DOCTORIS THEOLOGI, AD-
VERSUS D. IOANNEM STURMIVM
RECTOREM, DEFENSIO
SECUNDA,

*De Charitate & Condemnatione
Christiana.*



TANDEM ALIQVANDO, STVR-
mi, ante diem 18. Calend. Maij, anni 1579. An-
tipappi tui in manus meas venerant, Maior
& Epitomicus: quibus primam meam defen-
sionem, anno superiore 1578. eodem mense, eos
demq; die tibi exhibitam, refutandam susce-
pisti. Itaq; illi passim prius ab amicis hominibusq; tuis lecti &
descripti, & tandem Genevæ antè diuulgati sunt, quàm ego
cognoscere potui, quomodo mihi abs te esset responsum. Scis
enim, minimè verum esse, quod in indice scriptorum, quæ tuo
volumine continentur, positum est, Antipappum maiorem
in ipso Academia nostra cœtu recitatum esse: scis etiam, falsum
esse, me huic Antipappo secundo, Epitomen, vt tu nominas,
primæ meæ Orationis opposuisse. Et scis, te ante annos qua-
draginta in Iacobo Sadoletto grauissimè reprehendisse hoc
ipsum, quod ego nunc in te, & in isto tui voluminis indice,
desidero.

Sed ista diuulgatione consecutus tu iam es, quod pag. 119.
cupere te significas, vt *hic senilis sermo tuus, & hac tua vox se-
ptuagenaria, quam opprimi quouis periculo proposito non patereris,
per totam Europam commemoretur*: mihi autem necessitatem ac-
tulisti, publicè quoq; tibi respondendi: ne homines exteri ar-
bitrentur,

10 *Defensio II. D. Ioannis Pappi,*

bitrentur, aut te inuitū ad disceptationē hanc pertractū à me esse: aut me tuis istis Antipappis ita percussum fractū q̄ fuisse, vt neq̄ fidei neq̄ officij mei rationē amplius reddere poterim, & tanq̄ vadimonio deserto, ἐπιμνη δίκην tibi reliquerim.

Recitabo igitur ante omnia, nostræ disceptationis, nostrarumq̄ scriptionū historiam: vt quantum fidei mereatur querela illa tua, tuiq̄ voluminis index, omnes intelligant.

Cum tu 22. Martij, anno 1578. quo die finiturus ego eram disputationē meam, mihi intercessisses, eaq̄ fermè omnia cōmemorasses, quæ & in primam tuā ad Scholarchas epistolā, & in Antipappum primū postea retulisti: nō passus es, vt meministi, me tibi statim respondere, vt quidem volebā: sed dimisso tunc disputantiū cœtu, ad quintum Aprilis diem redire ipsos iussisti: tunc enim & alia plura argumenta allaturum te, & meam responsionem auditurum esse. Ego, tamen si graue mihi erat, in adolescentum animis eā de meis thesibus, meoq̄ instituto suspicionem, quam mihi oratione tua moueras, dies toros quatuordecim relinqui: tamen, quia dilata, non ablata mihi esse respondendi facultatē arbitrabar, tribuendū tibi hoc petenti putauī. Sed tertio statim à tua intercessione die, significatur mihi per Decanum & Visitatores, Scholarcharum voluntatem & mandatū esse, ne vltcrius disputando pergā, & tu eodem die, licet in prædio tuo abesses, resciuisti tamen, nō modo quid mandatū mihi esset Scholarcharū nomine, sed etiam quid ego Decano & Visitoribus respondissem: & postridie statim, scripta ad Scholarchas epistola priore, & laudato ipsorum consilio, significasti ipsis, cuiusmodi disputationem mecum proposueris suscipere. Hæc epistola, quanq̄ non multo post in aliquorum manus peruenit, à me tamen ante primā Responsionem meam visa non est: ideoq̄ ad eam scripto respondere, eamq̄ scripto meo refutare non potui. Metui
tamen,

tamen, non ita explicatam fuisse controuersiam nostrā Scholarchis, vt debuit: & postrema Martij, cum post progressionem Classicorum vocatus ab ipsis essem, manifestò comperi, non frustra hunc meum metum fuisse. Tanto igitur magis elaborandum mihi putauit, vt disputatio tertia, ad quam tu responsionem meam distuleras, publicè haberetur. Non tamen impetraui, quod cupiebam, & quod necessarium putabā: hoc solum obtento, vt presentibus Scholarchis, Professoribus itē, & Ecclesie ministris quibusdā, in loco Capitulari D. Thomę colloqueremur: id quod fuit quarta Aprilis. Ibi tu primum tuum Antipappum dictasti: & ego die 13. post hoc est, 18. Cal. Maij, ibidem primā Defensionē meam partim dictaui, partim recitauit, cumq; tu ad deliberandum & respondendū paucos tibi dies dari postulasses, ita inter nos cōuenit, autoribus Scholarchis, vt mihi quoq; adhuc semel respondere tibi liceret, atq; ita omnis lis ex aequo & bono inter nos dirimeretur à Scholarchis, & ijs, quos Scholarchæ sibi aduocauerāt, Scholæ Professoribus, & Ecclesie Ministris. Tu autē in adornando Antipappo tuo maiore, quatuor amplius menses cōsumplisti, neq; mihi eū, vt debebas, neq; vbi debebas, recitasti: sed Scholarchis clam exhibuisti, sperans, opinor, nunquam mihi eius forte copiam, nihiloq; minus te apud eos, quibus gratificari hac intercessione tua voluisti, id quod cupiebas, effecturum. Neq; Antipappo maiore, eiusq; infinitis propē, in personam, officium & confessionem meam, criminationibus contentus, Epitomicum quoq; adiecisti: hoc inuento colore, quòd ego iam prius Epitomen meam refutationis fecerim, quòd facilius describi, & longius mitti, & in remotas regiones dispergi possit. Ita enim pag. 223. scribis, & eandē tibi in diuulgando veniam dari postulas, quam postulatam ego mihi arrogauerim. Hanc Epitomen vnde nactus sis, nescio: neq; enim ego cuiquam, præter paucissimos amicos, cū quib. de Defensione mea prima deliberaui, eā ostendi:

neq; à me scripta fuit, vt epitome, quæ ad alios mitteretur: sed prima delineatio & adumbratio esset meæ responsionis. Et ferre possum, & non modo ferre possum, sed etiam oro Amplissimos viros, D. Scholarchas nostros, vt diligentissimè inquirant in eos, à quibus tu Epitomen hanc accepisti: intelligent, nunquam hanc fuisse voluntatem meam, vt ista epitome dispergeretur. Quamquam, si fecissem etiam, quod non feci: an non amici tui Germanicam epitomen sparserunt inter ciues primi Antipappi, postridie statim, quàm à te dictas tus fuerat, eaq; me contumeliosissimè exagitarunt? Quid igitur flagitij admisissimè, si iustæ defensionis loco, illam ipsam Epitomen aliquibus ostendissem?

Sed hos Antipappos tuos, licet multis post mensibus oblatos Scholarchis, ego tamen ab illis impetrare non potui: propterea quòd persuasi illi fuerant, nullum aliud eorum exemplum esse, quàm id, quod ipsis erat oblatum: ideoq; quia conuitijs magis, quàm argumentis certare te animaduertebant, suppressere eos decreuerant: ita vt verè, iuratus etiam, si necesse sit, affirmare possim, nullum me scriptum exemplum videre potuisse, quàm pridie eius diei, quo impressum Francofurti accepi.

Quæ hucusq; narraui, verissima esse multi viri boni & docti in hac Ecclesia & Academia, multi studiosi adolescentes, ipsi deniq; Scholarchæ, non ignorant. Vnde nunc iudiciū fiat, vtrum ego te ad hanc disputationem inuitum pertraxerim: vtrum tu Antipappos tuos in cœtu Academiae recitaueris: vtrum deniq; Epitomè ego meam Antipappo tuo maiori opposuerim, eamq; in remotas regiones disperferim. Quæ si aliter sese habere deprehensa fuerint, quàm à te sunt commemorata: magnam mihi à te, nulla mea culpa, inuidiam factam esse constabit.

De ipsa autem editione Antipapporum tuorum, vtrum
 cōscio te, vel suscepta primò, vel perfecta demū sit, vtrū ad eos
 homines, quorū in vrbe editi sunt, missos eos fuisse scieris,
 vtrum ea in vrbe non modo amici tui habitent, sed etiam pro-
 pinqui commorati fuerint, qui te certiozem facere & admo-
 nere potuerunt: etsi multa de his dicere possem, supersedebo
 tamen: & quia ita vis, credam, tibi non placere, editos esse.
 Editi tamen sunt, & non modo alibi, sed etiam in vrbe nostra
 venales prostant. Respondebo igitur tibi, & easdem partes,
 quas in prima Defensione mea proposui, sequar: cum & vtri-
 que nostrū iam notæ sint, & efficiant, ne noua partitione
 occulte agere, & latebras quærere, alteruter nostrū videatur.
 Et certè, hanc ipsam diuisionem non ad calumniam & *diabolos*
 Aristotelicam fabricatus sum, aut vt quēquam contra te
 excitarem: sed necessariò vtendum mihi illa fuit, propterea
 quòd tu ipse octo illa capita, quæ principio proposueras, ad ea
 membra reuocasse te fateris, pag. 87. quæ sunt in diuisionis
 meæ parte priori: ad publicationem thesium, ad inscriptionē,
 ad præfationem, ad theses, admodum disputandi. Nam exitus
 crudeles condemnationum, ad libri potius Concordiæ accu-
 sationem pertinere, iam antea satis ostendi. Inscriptionem au-
 tem & præfationem, idcirco coniunxi, quia hæc illius ratio-
 nem reddit. Poteras igitur tu ista *diabolos*, qua partitionem
 meam exagitas, supersedere: & hanc, quam tu ipse te secutum
 esse fateris, diuisionem retinere.

Initio autem pag. 86. tres causas affers, propter quas malues-
 ris in oppugnanda Disputatione mea, perpetua oratione uti:
 quarū prima est, quòd altercationem merueris, re nondum tua tota
 proposita. Altera, quòd iniquior tua futura fuerit condicio, si tibi non
 licuisset tuas antitheses in medium proponere, & eas perpetua oratio-
 ne confirmare. Tertia, quòd exemplo id te facere dicis colloquij Vor-
 marien-

maciensis primi. Quasi verò altero die ista minus mettuenda tibi fuerit in perpetua oratione, & non multò etiam magis: cum longè facilius sit, Iudificari tergiversando aduersarium, dum perpetua oratione utimur, & ea, quæ nos maximè lædunt, astute dissimulamur: quàm cum potestas datur aduersario, virgendi sua argumenta, & à diuerticulis ad rem ipsam nos retrahendi. Deinde, nò iniquam futuram fuisse tuam conditionem, ipsi iam tui Antipappi testantur. Cum enim licitum tibi fuisset, singulas meas theses refutare, eo ordine, quo à me sunt propositæ: tu vix quatuor aut quinq; attingis, reliquas per contemptum, ad forum scrutarium ablegas. Pag. 214. Et nò cogitas, quæ in publica tua intercessione, mea fuerit conditio, cum tu quæ velles, diceres, me respondètem audire nolles, sed missas faceres disputantium Scholas. Deniq; nec exemplum Colloquij Vormaciensis iuuare te potest. Neq; enim tunc vel Melanchthone cùm Eccius, vel Eccio Melanchthon, contumeliosa scripta sparsit, aut à publico congressu, ad latebrosas scriptiones confugit. Sed iam ad ipsa capita tuarum reprehensionum accedam: eisque breuiter, & verè respondebo.

Primum igitur caput est, de publicatione thesium: vbi cum ego ostendissem, ex lege Academica, curationem illam ad Decanum magis pertinere, maximè per absentiam Rectoris: tu & aliam interpretationem legis affers, & ad decretum conuentus Academici à lege prouocas, & te ab vrbe abfuisse negas, tunc cum disputationis theses exhibendæ mihi fuerunt. Quæ cuiusmodi sint, videamus. Lex iubet, Decanum vnà cum Rectore, vnumquensq; ad quem ordo disputandi pertinet, ea de re monere, vt tempestiuè id faciat. Si hanc primam partem legis seruâsses, & me de Disputatione instituenda vnà cum Decano admonuisses: posses tuo iure à me postulare, vt themata quoque exhiberem: neque refragatus fuisset.

fuissem. Cum autem tu hucusq; Decanis anhujs totam hanc curam permiseris, non potes à Professore theses exigere, cui Disputationem nondum mandasti. Et quomodo tu faceres, quod in hac lege mandatur tibi, cum manifestum sit, te eam nō intelligere? Nolo enim suspicari, te scientem vim facere legi, cum pag. 91. verba legis, *Soll der Decanus mit vñnd neben dem Rectore, einem der Faculter verwandten / wann ihne die Ordnung zur Disputation fordert / vñnd zugleich die themata, dauon man disputieren wil / besichtigen.* Cum hæc inquā verba sic interpretaris & construis, *Mit dem Rectore, vñnd Neben einem der Faculter verwandten: & hanc potestatem esse dicis particula Neben / vt præter Rectorem, etiam tertius, socius eius Faculteris, intelligatur, à cuius Professore habenda est Disputatio.* An non ego in prima Defensione mea pag. 47. significaueram, æquius & satius mihi videri, & ad concordiam inter Professores retinendam vtilius, inspectionem thesium, singularum Faculterum collegis Professoribus mandari, vt de sua singuli Facultate iudicent? Quomodo igitur tu mihi tertium in hanc Legem de inspectione thesium ingeris? aut si ea est legis sententia, cum nihil in me non reprehenderis, cur non istud quoque notasti? Sed ne tu ipse quidem hac tua noua interpretatione, legis multum confidis: ideoque ad decretum Academicum confugis: quod ipsum pro me est. Factum id est Decano Doctore Tuppio, & iubet disiunctiue, vel Rectori, vel Decano theses exhiberi, non vtrique coniunctim. Cur istud? quia tu hanc curam Decanis hæctenus libenter permisisti: & Decani non aliter munere suo fungi recte possunt, quàm si per tuā absentiam, tuum quoq; expediant. *Sed Decanus, inquis, debet atus te est, & præfationem omnino addendam esse dixit:*

& D. Marbachius, qui tua est Facultatis, de periculo te admonuit. Imò nō dehortatus est Decanus: sed liberum mihi reliquit, si vellē, breui præfatiuncula ea commemorare, quæ ego ipsi dixeram de meo instituto & proposito. Neque adhuc arbitror, cum D. Marbachius theses ipsas probaret, sed non omnibus placituras metueret, propterea non fuisse divulgandas. Sed in vrbe te tum fuisse dicis: secunda enim Martij, hoc est, Dominica Oculi, in prædium te profectum esse dicis: & nona, hoc est, Dominica Lætare, reuersum. At ego tertia Martij exhibui Decano theses, idēq; non clanculum, sed cum esset in examine quintæ classis, eiq; adessent ipsi Visitatores. Iam quale est illud, quod legem quoque Senatus contra me affers, quæ vetuit quicquam edi publicè, priusquam ab ijs, quibus in Cancellaria hæc res commissã est, concedatur? An nescis igitur, Legem istam ad Disputationes nostras non pertinere, & satis esse ijs, quibus librorum edendorum cura mandata est, ipsi quoq; Magistratui satis esse, si vel Rectori vel Decano, Disputationum theses exhibeantur?

De Inscriptione mearum thesium responderam tibi, nihil me occultasse: quia non simpliciter de charitate, sed charitate Christiana Quæstiones duæ: Disputationem inscripserim: ipsasq; quæstiones alijs characteribus fuisse expressas, vt ne negligentiorum quidem lectorem possent fallere. Quid tu ad hæc? Titulū prius à me affixum fuisse parieti Collegij, quàm tota Disputatio à Typographo expressa esset: & tanquam Dianæ templum incenderim, ita exclamas pag. 93. *Quis vnquam in hac Academia, quis in vlla Academia auditur aliquid fecisse simile?* Cum tardiùs progredere in excudendo Typographus: vt tamen scirent adolescentes, fore Disputationem, seu thesium potiùs explicationem, proximo Sabbatho, curauit titulū affigendum: & tamen dies totos nouem in omnium

nium sibi ita us versatae sunt theses expressae, quam argumē-
 ta contraria afferri debuerint. Biduo ante primum Sabbas-
 thum cuiuscq; mensis, theses affigi solent: primo Sabbatho
 explicantur: secundo & tertio, argumenta contraria oppo-
 nuntur: quarto, sequitur declamatio. Quare, vtrum in alijs
 Academijs tam diu & tam accuratē tractentur disputatio-
 nes: & comperies, satis iustum spacium nos habere publi-
 cationis. Nulla igitur περιπέτεια, nulla ue κενύσις in meis thesi-
 bus, nulla procacitas, nulla occultatio. Facile etiam in te,
 tuicq; similes retorquere possem tiaram illam Persicam, pres-
 ciosiore omnium Caesarum & Imperatorum, siue Roman-
 norum, siue Græcorum, siue Turcarum pileis: sub qua non
 condemnatorios lapides, vt tu me accusas, sed omnium hæ-
 reseson impunitatem, ipsamq; ἀθεότητα, & Epicurismum oc-
 cultatis, vt docēt theses meæ 34. 35. 36. 37. 38. 39. 58. & 59. Sed re-
 mitto vos ad insignem Lutheri locum, quem prima mea De-
 fensione citavi, quicq; planissimè offendit, Charitatem ad
 vitam, non ad Fidem pertinere. Quod præterea attuli in
 mea defensione, eadem inscriptione & Gregorium Nazis-
 anzenum vsu in λόγοις εἰρηνικοῖς: hoc cum negare non pos-
 sis, eleuare saltem studes, allatis quibusdam ex principio ser-
 monis tertij, quibus bella domestica religionis detestatur, &
 ad charitatem hortatur. Sed cur non ea considerāsti, quæ
 sunt in primo sermone, quæ sunt in hoc ipso, quem citas, ser-
 mone tertio? In primo enim certè hæc sunt: Κράταρ ἐμπαῖς “
 ὅς ὁμοιοῦς ἢ ὑπὲρ ἐνοσεβείας διάσασις. Melius est pro pietate “
 dissidium, concordia fucata: Et: Μηδὲ εἰς οἰέσθω με λέγειν, ὅτι “
 πᾶσαρ εἰρήνην ἀγαπᾷτε. οἶδα γὰρ, ὡς περ σαῖσιρ τινα βελτίστηρ, “
 ἔτω καὶ βλαβερωτάτηρ ὁμοιοῖαρ, ἀλλὰ τήν γε καλὴν, καὶ ἐπὶ κατὰ “
 λήν θεῶ συνάπτουσα. Nemo arbitretur me dicere, omnem pa- “
 cem acceptandam esse. Noui enim, vt dissensionem quan- “
 C dam

» dam optimam, ita & perniciosissimam concordiam: sed ea
 » demum bona est, quæ bono, & ipsi Deo nos coniungit. In
 » tertio, ante ea, quæ tu citasti, nullo interuallo: *ἔσι καὶ σασιάζημι*
 » *τινάς ἢ συμφρονῆμι ἀμενοῖ:* τὰς γὰρ ἐπι κακῶ οὐσάσας τίς ἄρ' ἐπιαι
 » νέσεται ἐν φρονῶν; Sæpe, inquit, melius est aliquos disfidere,
 » quàm concordēs esse. Quis enim bene sentiens, laudet
 » conspirationem in re mala? Est & alius apud Nazianzenum
 » sermo, συντακτικῆς ἔνσχυρος, in quo ista cerè sunt. *Τὸ περὶ*
 » *Χριστὸς πολεμῆμι δ' ἐκινῶμεν, ἐν τῷ μάχεσθαι κατὰ Χριστὸν τὸν εἰρηνικόν*
 » *τε καὶ πράον καὶ τὰς ἀδελφείας ἡμῶν βασιλεύσαντα. ὅτε εἰρηνοῦμεν καὶ*
 » *τὰ τῶ λόγῳ τῆς ἀληθείας ὑφίεντες τι διὰ δ' ὄρα τῆς ἐπισημείας, ὅρα*
 » *κακῶς τὸ καλὸν θρηνοῦμεν, καὶ εἰρηνοῦμεν ἐνόμῳ μαχομένοι, καὶ*
 » *ἴσω τῶν ἡμετέρων ὄρα, καὶ κανόνων τῶ πνεύματι.* Pro Chris
 » sto belligerandum esse ostendimus, & in ipsa pugna Chris
 » tum pacificum & mitem, & portantem infirmitates nostras
 » imitamur. Neq; pacem tamen sic colimus, vt propter opinio
 » nem lenitatis, quicquam contra verbum veritatis toleremus:
 » neque enim bonum male venamur, sed legitimè pugnantēs,
 » pacem tamen colimus, intra nostros limites, & regulam Spi
 » ritus consistentes.

Sed iam ad præfationem venio: de qua Lectori a quo per
 mitto iudicium, rectè ne ego, vigesimum secundum Ezechie
 elis, & quartum Actorum caput citauerim: an tu rectius pu
 tes, errores repugnantes verbo Dei, & dogmata falsa, labefa
 ctantia fundamentum fidei, non tanta peccata, & tam apers
 ta & manifesta crimina esse, quàm sunt ea, quæ Iezechielis 22.
 reprehenduntur & damnantur: aut Petrum non damnasse Sad
 ducaorū errorē, licet manifestū, licet potuisset damnare, pag. 102. Iā
 quòd dicis me eos, qui errores tolerant, thesi quinquagesima
 patronos errorum nominare, cū ego in prima Defensione
 aperte

apertè ostendam, non eos patronos errorum à me nominari, qui errores refutandos esse negant, sed qui admoniti, errores tamen pertinaciter defendunt: id ex sequenti statim quinquagesima prima thesi poterat intelligi, ubi autores prauorum dogmatum nominantur idem, qui prius patroni errorum. Quamdiu autem tu in hac sententiâ fueris, propter charitatem non esse damnandos errores Calvinistarum, siue decem annos, siue viginti, non iam disputo: & si perges asserere, te petitum esse secunda illa præfationis meæ parte, breuiter me expediam, & illud siue Catonianum siue Antonianum, tibi occinam: Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Sequuntur ipsæ theses: quas in primo Antipappo ita vituperasti, ut diceres, nullas tales, inde ab exordio religionis esse publicatas. Ostendi tibi contrà, idem sensisse, & scripisse Lutherum, & Philippum: ipsum etiam Bucerum eiusdem argumenti theses in nostra Schola publicè proposuisse. Horum testimoniorum authoritatem quomodo eleuare coneris, videndum est. Ergo Lutheri authoritatem sic tractas pag. 113. cum commentarius ille in epistolam ad Galatas anno 38. editus sit: videri illum scriptum, & in Schola propositum esse ante Concordiam anni 36. Ego verò amplius concedo tibi, 35. anno editus est. Quid igitur? propterea ne authoritatem nullam habebit, aut verum ne idcirco erit, Lutherum in eadem mecum sententiâ nunquam fuisse, quia fuit ante annum trigessimum sextum: an verò post trigessimum sexti anni Concordiam, aliter sentire coepit de condemnatione errorum? quod, tametsi probares, non tamè efficeret, ut Lutherus non scripsisset, quod scriptum ab eo esse ostendi. Frustra igitur comemoras salutem, tibi et Caluino à Luthero in epistola ad Bucerum ascriptam.

An. 1539. Frustra etiã iudiciũ ipsius de libris suis, ad Capitonẽ

biennio antè perscriptum, adducis. Quæ enim hæc est ratio
 consequentiæ? Lutherus me & Caluinum saluari iussit, de
 quibus, vt & de Capitone atque Bucero persuasus erat, quòd
 sincere et candidè agerent, hoc est, anni trigesimali sexti formu
 lam amplecterentur, vt est in eadem ad Capitonem episto
 la: iussit igitur hos, de quibus sic sentiebat, saluari. Ergo pu
 tauit contra charitatem Christianam esse, damnare errores,
 et ab Ecclesijs errores pertinaciter defendentibus, per publicã
 confessionem se seiungere. Quis vnquam sic argumentatus
 est: aut quis nescit, & Caluinum, & te, longè aliter vos postea
 explicasse, quàm de vobis senserat Lutherus? De ipsis autem
 libris Lutheri, cur non magis tibi placet iudicium Capitonis,
 qui eos tomis distinctos edi, et ad posteritatem conseruari vo
 luit, quàm Lutheri modesta & humilis excusatio? Imò, cur
 ipsius Lutheri consensus, non magis tibi probatur: qui fate
 tur, se id negocij Crucigero mandasse? Eiusdem farinae est,
 quod de Dogmaticis & Eristicis Lutheri scriptis semel at
 que iterum affers, pag. 114. 167. 251. Non enim ego ex Eristi
 cis eius scriptis autoritatem tibi attuli, sed ex Dogmaticis.
 Neque hanc distinctionem tibi concedo, vt alia sit doctri
 na in Dogmaticis Lutheri libris, quàm in Elencticis, quæ
 tu honoris videlicet causa Eristica vocas: & nego, eos, qui dis
 tinctionem hanc introduxerunt, & à quibus tu eam mutua
 ruses, probasse hoc, aut probare posse. Quòd Philippi &
 Buceri testimonia eneruata esse putas hac obiecta Gorgos
 ne, quòd ipsi in suprema vita sua, amicitiam cum Helueti
 cis & Gallicanis Theologis coluerint, et Helueticas & Gallis
 canas Ecclesias pro veris Ecclesijs Christi agnouerint: nondū
 sic nos dementasti proluxa illa tua digressione, vt non scri
 pserint idcirco prius, quod ego ex ipsorū scriptis adduxi. Ita
 que vt probare possis, mutasse ipsos suam de Sacramentaria
 causa

causa sententiam : non hoc tamen efficias, vt non prius idem
fenserint, quod ego meis Theſibus defendo. Consideraui di-
ligenter omnes Philippi ad Calvinum & Bullingerū, & Har-
debergium epistolas : vt rationes colligerem, quibus motus
fuerit, vt aliter de Ecclesiarū Helueticarum & Gallicanarum
Doctoribus sentiret, quā sensit eo tempore, quo Augustas
nam Confessionem iussu Principum conscripsit. Sed fateor
tibi, nullam reperi : neq; te aliquam reperire posse puto : nisi
fortasse hoc causæ satis est, quod vidit, se ab ijs, qui veram de
Cœna Domini doctrinam defendebant, alijs quoq; nominis
bus accusari. Neq; tu hîc Flacianis me propterea patrocinari
dices. Ipse Calvinus iisdem in consilijs, iisdem in actionibus,
eadem in Philippo reprehendit, quæ tum qui Flaciani appel-
labantur, in eo desiderabant. Sed Calvinus clam per episto-
las id faciebat : Flacius, Gallus, alij, qui viciniore erant illis
actionibus, palam. Ideo his magis quā Caluino irasceba-
tur. Cum igitur causam aliam non reperiam, malo eam ipsi-
us sententiam sequi, quam & rationibus firmavit, & eo tem-
pore defendit, quo de recipiendis in societatem & fraternita-
tem Cinglianis, maximis multorum studijs agebatur. Non
inserui primæ Defensionis meæ, Philippi & Brentij de hac
causa epistolam, ad Landgrauium, anno 1530. in ipsiſ August-
staniſ Comitijſ scriptam, quod prolixitatem verebar : nunc
autem epistolis ad exteros clam scriptis, epistolam ad Princis-
pem Imperij, & communicato cum alijs consilio scriptam,
opponam. Eius verò epistolæ hæc sententia est, & hæc ver-
ba etiam.

Illustriſſime Princeps, Domine Clementiſſime. Scri-
ptum de ineunda cum Cinglianis societate, siue fraternitate,
nobis redditum, studiosè diligenterq; legimus : & C. V. hu-
milimè oramus, vt nostrum responsum clementer accipiat.

„ Possumus enim Deum vocare testem, nos nullius hominis
 „ nec studio, nec odio, in hoc negotio laborare: imò dissensio-
 „ nes illæ ex animo nos perturbât, ita vt nobis in hac vita, nihil
 „ ad acerbissimi doloris sensum grauius possit accidere, quam
 „ hoc ipsum. Videmus enim multos fingendis opinionibus lu-
 „ dere, ex quibus postea in Ecclesia, & animorû distractiones,
 „ & perturbationes conscientiarum maiores exoriuntur, per
 „ quas etiam subinde ad alios errores, maiori cum periculo cõ-
 „ iunctos, homines dilabuntur: cuius rei iam multa exempla
 „ extant. Quidam enim, qui in initio duntaxat de Cœna allego-
 „ rias in medium attulerant, iam easdem in alijs articulis quæ-
 „ runt, nempe Campanus, Martinus Cellarius, Carolostadius,
 „ Felinus: & in hoc omni animi contentione elaborant, vt per-
 „ factiones & vim, si aliter non possint, erroribus suis patrocii-
 „ nentur. Qui conatus, non solum cruenta bella, sed & distra-
 „ ctiones in Ecclesia, & dissipationes Imperiorum, aliquot se-
 „ culis, imò ad finem vsq; Mundi non instaurandas, minantur.
 „ Deum immortalem, quàm triste spectaculum est, horrenda
 „ ista, vel tacitis duntaxat cogitationibus persequi? Persuadeat
 „ ergo C. V. sibi de nobis, nos ita non his rebus delectari, vt se-
 „ rio etiam perturbemur, nec, de quo fortasse suspecti quibus-
 „ dam esse possumus, captandæ laudis gloriæq; causa lites con-
 „ tentionesq; mouere. Atq; ideo etiam humiliter C. V. oramus,
 „ vt responsum nostrum clementer audiat. Brevitati enim stu-
 „ dimus, ne C. V. detineremus longius: deinde etiam, quòd
 „ non iudicemus operæ præcium nos facturos, si ad singula
 „ capita scripti nobis propositi responderemus.

Vides Sturm, priusquam reliqua, quæ sunt in hac Episto-
 la describam, quib. tum Philippus, distractiones istas & per-
 turbationes Ecclesiarum pariter & Imperiorum imputaue-
 rit: quid de Felino nostro senserit & scripserit: quomodo am-
 bitiois

bitionis potius & crudeliratis falso insimulari, quàm fraternitatem cum Cinglianis inire maluerit. Sed videamus ea, quæ sequuntur in ipsa epistola.

Initio autem quod ad fraternitatem attinet, fortassis fratres, qui aliquo errore impliciti sunt, tolerari possunt, ut & ipse Servator Christus discipulos errantes ferebat. At qui doctrinas prodigiosas non modo introducunt in Ecclesiam, sed etiam defendunt, pro fratribus agnoscendi non sunt. Nullo. n. modo impijs & incertis dogmatibus assentiendum est. Quare, quæ in ipso scripto, quod nobis redditum est, de tolerandis incertis firmis prolixè agitantur, de ijs demùm intelligenda sunt, qui incerta dogmata non conantur defendere. Etenim Diuus quidem Paulus Galatas in fraternitatem suscepit: **DE HIS AVTEM, QUI ERRORES DEFENDEBANT, DIXIT: UT ILLI NAM ET ABSCINDANTVR, QUI VOS LABEFACIANT.** Hæc nostra est de hac re simplex sententia, quam etiam speramus nos Deo approbaturus. Quomodo. n. coniungere cum aduersarijs fraternam amicitiam possumus, & consentire, ut errores suos pro vera & pia doctrina propugnent: cum & conscientia vulnera statim sensuri, nec medicinam ex ipsorum scriptis (quæ illi satisfaciat) inuenturi simus: Bono fortassis animo, candidoq; autor huius scripti disputationem istam instituit: sed nimis frigide, de rebus Theologicis loqui videtur: quia & errorè in articulis fidei, Scripturæ testimonijs suffultis approbat, & certitudinè de iisdem, in Ecclesia non putat esse necessariam. At quando conscientia inter certum & incertum fluctuant, in iudicio Dei seueriore illo consistere nequeunt. Diuus. n. Paulus dicit: Quicquid non fit ex fide, peccatum esse. Magna ergo cura, diligentiq; rerum sacrarum experientia opus est, ut fides in seuerissimo illo iudicio firma & immota possit consistere. Et propterea articuli

» de Sacramētis, quibus quotidie vtimur, nequaquam cōtem-
 » nendi aut aspernandi sunt. Sed facile coniecturā facere pos-
 » sumus, vnde noua hęc Theologia proficiscatur, quæ parum
 » referre existimat, quicquid tandem in Ecclesia doceatur: ac
 » Deo satisfactum esse iudicat, si primū quidem ocio paciꝑ
 » studeamus, deinde vitam virtutibus politicis vtcunꝑ exor-
 » nemus. Sed si ea perfecta & absoluta ad bene beateꝑ viuenti-
 » dum ratio est, multi Philosophi Ethnici, in numerum Chris-
 » tianorum erant referendi.

Vides iterum Sturmi, quæ & quot Theses meæ in ista
 epistola Philippi & Brentij non contineantur modo, sed etia-
 am asseuerantissimè defendantur: Iam audi & considera res
 liqua.

» Quantum ad secundam partem propositi negocij attis-
 » net, de Concilio instituendo, si ijs rationibus cogere-
 » tur ab Im-
 » peratore, sicut scriptum est, posset pro Concilio agnosci. Ac
 » siue Concilium instituat, siue non instituat, certè nemo
 » cogendus est, vt veræ & piæ doctrinæ, quam profite-
 » mur, re-
 » nunciet. Præterea diligenter cauendum est, ne nimia subtili-
 » tate, quæ tamē nihil habet certi, cursus doctrinæ veræ & cer-
 » tissimæ impediatur, quod sanè iam etiam aliqua ex parte fieri
 » experimur. Postremo, C. V. obsecramus, ne in hoc magno
 » & arduo negocio patiat, se à verbis institutionis, ad nescio
 » quas allegorias abduci. Nam in ordinationibus diuinis, pro-
 » prietas verborum retinenda est. Et quidem, si rationes, quis
 » bus Cinglius mouetur, conscientijs ita satisfacerent, vt in iudicio
 » Dei, ijs niti possint, facile nos allegorias ipsius approbas-
 » remus. CERTVM AVTBM EST, NON POSSE AC-
 » QUIESCERE CONSCIENTIAS ISTIS ARGV-
 » MENTIS. Deinde, manifestum est, horribiliter eos peccare
 » re, qui incerta pro certis defendunt, & occasionem præbent
 non

non modo schismatis, sed etiam bellis. Oramus aut C. V. ut
sententiam pro tenuitate nostra de his rebus scriptam, cle-
menter accipiat. Nam sanctissimè confirmare possumus, nos
compendij nostri causa, nihil horum suscepisse: sed orare De-
um Opt. Max. ut C. V. non modo liberam à falsis dogmatis
bus & erroribus conseruet, sed in reliquis etiam periculis cle-
menter tueatur. Videmus enim, Diabolum magna & horri-
bilia machinari consilia: quare cauendum est nobis, ne quid
temere agamus. Hæc Celsit. V. breuibus respondere vo-
luimus. Quòd si harum rerum explicatio copiosior à C. V.
requireretur à nobis, agnoscimus hoc nos debere C. V. & qui-
dem summo studio, ac paulò fusiùs, quàm nunc fecimus, su-
mus facturi. Deus Opt. Max. Cels. V. clementer tueatur.
Amen.

Ad hanc Philippi & Brentij epistolam satis copiosè re-
spondens Landgravius: primùm quidem extenuare errorem
Cinglianorum conatus est, his verbis. *Ad hoc, isse de Sacramen-
to error, ab illo (Galatarũ) planè est diuersus: siquidem vnanimi con-
sensu vnum Christum credimus & profiteamur, in quo etiã vita æter-
næ spem repositam habemus. Nec illi, quos errare dicitis, diuersum à
nobis sentiunt, sed verbo Dei per omnia credunt, & in causa Cœnæ nõ
reipsa, sed verbis & sensu tantùm à vobis discrepare videntur. Igi-
tur, cum in omnibus alijs articulis vobiscũ faciant, eundemq; Chri-
stum, quem vos, profiteantur, ac Christum spiritualiter in Cœna man-
ducari, eamq; manducationẽ ad salutem necessariam esse, minimè ne-
gent, neq; Deo vllam infirmitatẽ aut impotentiã ascribant, nec su-
as opiniones aliã ob causam defendant, quàm quòd eæ fidei Christia-
næ articulis, & verbo Dei magis consona & consentientes esse vide-
antur, ac Christus, utpote glorificatum corpus habens, illudq; non vè-
tri saginando sit destinatum, ferè aliter, quàm spiritualiter mandu-
cari ac percipi nõ possit: hæc dissensio, distractio, separatio & discessio,*

D

nobis

nobis quidem minimè videtur necessaria. Deinde rationes aliquas subiicit, cur fraternitatem ineundam esse cum Cinglianis putet. Quarum primam hanc ponit: *Ut hoc faciatis, non doctrina saltem vos moueat, sed vulgi quoq; in eiusmodi locis degentis & uiuentis, habenda est ratio, quod licet erret, tamen errorem pertinaciter non defendit, aut excusat, ex eoq; multi vestrae opinioni & sententiae sunt addicti. Si verò natio aliqua condemnanda & punienda esset, commune periculum fontes pariter cum insontibus oppressurum esset.* Huic causae, paulo post tres alias subiungit isto ordine, & de ijs erudiri cupit. 1. *Quod Christus dicit: Sinite Zixania cum tritico crescere, & Paulus inquit, nihil referre, verum Christus, recte vel perperam praedicetur, modò Christus praedicetur.* 2. *Quod Lutherus ipse statim in initio repurgatae doctrinae, serio & diligenter Magistratū Politicum hortatus est, & publicè docuit, non esse officij ipsius, vel libellos editos abolere, vel conciones impedire: siquidem potestati Politicae, tantum corporum & facultatum, non verò animarū & conscientiarum gubernatio, sit commissae & mandatae.* 3. *Quod Cingliani nondum sint erroris conuicti, vel eiusmodi saltem erroris, qui maiestatem Dei oppugnet.* Postremò Epilogi vice ipsos admonet, ne Caesari & Principibus Cinglianos armis opprimendi, fontes pariter cum insontibus perdendi, & multum innocentis sanguinis fundendi occasionem & opopuū præbeant, cuius rei periculum ad omnes Christianae fidei professores esset inundaturum, nosq; non minùs, quam alios, comprehensurum, vel hanc opinionem Caesari & Principibus, aliam verò Heluetijs defendentibus, ea res funesta bella excitet, rustici inter se digladiantur, & mutuis vulneribus concidant, multi pupilli & viduae possessionibus ac facultatibus suis omnibus exuantur, ac deniq; seditiosae multitudinis antesignani à Magistratu politico ad supplicium rapiantur, & pro merito puniantur.

Hic tu me tacite ridebis, & stultū putabis, quòd ipse meae uineta, ut aiunt, caedā, & cōtra me grauissimi Principis autoritatem

ritatē afferā, teq̄ illius testimonio iuuem. At velim te sequen
 tē quoq; epistolā, qua superiori Landgrauiana responderunt
 Philippus & Brentius, cōsiderare. Iam. n. satis mihi est demō
 strare, cūm idem quod tu, tēpore nō minū exulcerato & pe
 riculoso, maximus ille Princeps sentiret, diuersam tamē fuisse
 horū Theologorū sententiam, neq; ab ea tum quidē illos dis
 celsisse, et si in te mpestrua aliquibus videbatur. Ita ergo Land
 grauiō rescripserunt. Illustrissime Princeps, Domine Clemē
 tissime, Ea, quæ debemus animi subiectione & reuerentia C. T.
 T. gratias agimus, quōd literas nostras clemētissime accipere
 & legere non est dedignata, nec dubitamus, quin omnia ex
 bono sint profecta animo, quæ de publica pace conseruanda,
 & de subditorum facultatibus defendēdis, in literis nobis ex
 hibitis fuerunt perscripta. Igitur denuō debita subiectione
 petimus à C. T. vt ex causis indicatis, planē sibi persuadeat,
 nihil nos proteruē aut petulanter facturos: sed omnia nostra
 cōsilia, omnesq; actiones nostras ita moderaturos esse, vt earū
 Deo simul & hominibus probabilem rationē reddere pos
 simus. Ad hoc, C. T. ignorare non potest, nihil nos hactenus
 vel scripserisse, vel factis designasse, quod Cinglianos iure offen
 dere, aut lædere eorū famā possit, vel ex quo ipsi inhumanita
 tem nostrā colligere & reprehendere queant: sed quod verē
 affirmare possumus, hæc dissensiones eō grauiores nobis acci
 dunt, quōd multos ex illorū parte amicos habemus optimos,
 quorum rebus & existimationi, ex animo consultum cupi
 mus. Quod verō **FRATERNITATEM** attinet, C. T. ex li
 teris nostris satis perspexit, **NOS EAM APPROBARE,**
AUT RATAM HABERE NVLLO MODO POS
SE: siquidem ea res multis periculosis ac perniciosis scan
 dalis *ἀφορμῶν* certissimam esset præbitura: ita vt multi eas
 essent concepturi cogitationes, nos non tantū eorum de
 cōtinam,

„ doctrinam, vt puram, veram & sinceram probare atq; recipere,
 „ verum etiam confirmare & stabilire, quam tamen coram
 „ Deo defendere non possumus.
 „ Secundo, C. T. facile colligere & conijcere potest, ex ea
 „ re lōge plura & maiora ad nos, quàm ad Cinglianos, pericula
 „ & incommoda peruentura & inundatura esse: idq; multis
 „ grauib; de causis, quibus recēsendis, nunc temporis insiste-
 „ re, minimè opus esse videtur, Igitur de Concilio petendo &
 „ vrgendo nihil certi constituere possumus, non quòd fidei no-
 „ stræ certitudinem, ex Concilij placitis & decretis haurire &
 „ petere necesse habeamus: sed vt calumnias & mendacia, quib;
 „ bus multipliciter deformamur & oneramus, amoliri & ab-
 „ stergere possimus. Quod si, Deo agente, factū fuerit, nec con-
 „ scientiæ nostræ prægrauabuntur, aut doctrinæ purioris cura
 „ sus, vt hæctenus, a Cæsar. Maiest. impediatur, Cinglianæ do-
 „ ctrinæ defensione & propugnatione, Concilium minimè im-
 „ pediendum esse arbitramur, cum probari ea & tolerari non
 „ possit. Nec nostro quidem iudicio, videre & intelligere pos-
 „ sumus, quantum momenti concordia; faciendæ, & paci per
 „ Imperium conseruandæ, eiusmodi defensio sit allatura. Si
 „ enim Cæsar. Maiest. staret sententia, & constitutum esset, do-
 „ ctrinam Cinglianorum armis persequi, et funditus eradicare,
 „ certè ob eam causam consilium nequaquam esset mutatura,
 „ quòd nos fraternitatem & amicitiam cum illis inuisse intel-
 „ ligeret: sed ea res, nostra quidem sententia, turbas auctura, &
 „ tristiores motus datura esset: id quod non absq; multis suspi-
 „ rijs, & grauib; curis sæpissimè cogitamus. Iam verò, cum
 „ nostri, mala conscientia, nec serio & ex vera fide, doctrinam
 „ Cinglianam defensuri essent, quàm gratam rem eiusmodi de-
 „ fensione simulata Deo sint præstituri, vel amens, vt opinas-
 „ mur, intelligit.

Quòd

Quod verò dicitur, vulgi habendam esse rationem, licet do-
 ctina petatur: ad illud respondemus, IN CONCILIO
 NON DE PERSONIS, SED TANTVM DE
 DOCTRINA, PVRA NE ET CONSENTI-
 ENS VERBO DEI EA SIT, DEFINIRI
 ATQVE DECIDI. Quod cum agitur, vnusquisque
 fidei suæ rationē reddere tenetur, sed executio, qua in falsam
 doctrinam animaduertitur, in nostris manibus nō est posita.
 Ac res Christiano nomine digna esset, si in executione, discris-
 men quoddam inter Magistratum & subditos seruaretur, id
 quod in Ecclesia hæctenus fieri consuevit. Speramus tamen
 fore, vt si ciuitates Imperiales Cæsari se subijciant, & debitam
 obedientiam præstent, hæc res sine sanguinario aliquo tu-
 multu transigatur & componatur. Facerent etiam, nostro
 quidem iudicio, Principes, cum Lutherani, tum Cingliani,
 rem laudabilem, si doctrinam, quam profitentur, non armis
 defendendam susciperent, sed nobis nostro periculo eam
 propugnare permitterent: id quod Fridericum Electorem,
 piæ & laudatæ memoriæ, fecisse, ex eo apparet, quòd Luthe-
 rum contra Cæs. Maiestatem defendere noluit. Cuius exem-
 plum, si Principes sibi imitandum nunc proponerent, & nos
 maximis liberaremur curis, pericula imminencia libentiùs
 subire, & fortiori animo perpeti & sufferre parati essemus,
 vacarentq; Principes & Magistratus omni cura atq; culpa.
 Quòd C. T. nos violenta Cinglianorum persecutione dele-
 ctari scribit, in eo sanè nobis, publicæ pacis & concordiæ
 studiosissimis, summa fit iniuria. Ac nos, bella Euangelij præ-
 textu suscipienda & gerenda esse semper dissuasisse, manife-
 stius est, quàm vt demonstratione egeat. Nostram enim do-
 ctinam, nō tantum alibi, verum etiam hîc defendere, minimè
 subterfugimus. Cinglianos verò ad bellum gerendum para-

» tos & instructos, ac ea de re rumusculos hinc Augustæ, multis
 » in locis sparfos et disseminatos esse, verè affirmare possumus.
 » Sed cum ea causa, quæ agitur, Dei sit, Dei quoq; in ea gerenda
 » petendum, implorandum & expectandum esse auxilium ar-
 » bitramur: qui procul dubio nostri non obliuiscetur, modo sa-
 » nis consilijs & licitis medijs rem gesserimus & defenderimus.
 » Vt. n. Iesaias credentem festinare non vult: ita nos quoq; ex-
 » pectare æquum est, quid Deus suo sit facturis tēpore, quem
 » admodum Ezechiam & alios expectasse & auxilium impe-
 » trasse legimus. Fidē nisi in periculis constituti exercuerimus,
 » nunquam quid Fides sit, didicerimus. Igitur C. T. rogamus,
 » ne humanis præsidijs eiusmodi rem tutari nimirum festinet,
 NO: » quæ causam etiā optimam defendere non potuisse, sape
 T A. » compertum est. Articulos nos certos habemus, & planè eius-
 » modi, quos ad extremum supplicium vsq; id quod nobis ma-
 » gno est solatio, defendere possimus. Hæc habuimus, quæ vt
 » C. T. clementer accipiat & intelligat, subiectissimè rogamus.
 » Si verò harum rerum C. T. longiorem & clariorem explica-
 » tionem desiderauerit, eam scripto comprehendere, et C. T. of-
 » ferre haud grauabimur. Deus Opt. Max. C. T. contra omnia
 » mala & pericula protegat.

Cellitudinis tuæ

Subiectiss. serui

Philippus Melanchthon.

Iohannes Brentius.

ISta igitur Philippus scripsit & sensit iub initium Comitio
 rum anni trigelimi, cum de communi Confessione à Lu-
 theranis & Ciaglianis, vt appellabātur, Imp. Carolo V. exhibe-
 bēda deliberaretur, neq; minus res omnis ἐπὶ τῆς ἰσατο ἀκρίβει-
 quā nunc. Sed quia tu Philippum interpretem facis Augu-
 stanae

stanae Confessionis: age videamus, quæ ipsius de Cinglianis fuerit sententia, tunc cum Augustanam Confessionem iussu Principum conscripsit.

Primum ergo ex Comitibus Spirensibus anni 1529. ad Oecolampadium sic scripsit: Ego nolim alicuius noui dogmatis in Ecclesia vel autor vel defensor existere: CVM OMNIA QVAB IN VTRAQVE PARTE FIRMIS SIMA VIDENTVR, EXPENDI: DICAM PACE TVA, NON TAMEN EO IN TVAM SENTENTIAM. Nullam enim firmam rationem inuenio, quæ conscientia discedenti à verborum proprietate satis faciat. Et paulò post: itaq; si mihi vestra sententia de Cœna Domini placeret, simpliciter profiterer. Vos absentis Christi corpus tanquã in tragœdia representari contenditis. Ego de Christo video extare promissiones, ero vobiscũ vsq; ad consumptionem seculi, & similes: VBI NIHIL OPVS EST DIVELLERE AB HVMANITATE DIVINITATEM. Proinde sentio, hoc Sacramentum veræ præsentia testimoniũ esse. Quod cum ita sit, sentio in illa Cœna, præsentis corporis *νομασία* esse: cum proprietates verborũ cũ nullo articulo fidei pugnet, nulla satis magna causa est, cur eã deferamus. Et hæc sententia de præsentia corporis, conuenit alijs cum Scripturis, quæ de vera præsentia Christi apud nos loquuntur. Nã illa est indigna Christianis opinio, quòd Christus ita quandam cœli partem occupãrit, vt in ea, tanquam in elusus carceri sedeat. Et rursus: Veteres cum de resurrectione disputant, allegant Cœnam: nec ineptè meo quidem iudicio, significauit enim Christus Apostolis, se resurrecturum esse, quia corporis sui *νομασία* instituit. Necesse enim erat, vt uideret corpus, quod nobis impartiendum erat. Quod si uideres sentissent, absens corpus representari, quomodo inde probarent resurrectionem? Lepros

Leprosam te cutem mentis habere oportet, Sturmi, si ista pondera verborum & argumentorum non sentis. Affirmat, se omnia vtriusq; partis argumenta expendisse, & tamen non ire in sententiam Oecolampadij: affirmat, se nullam inuenire rationem, quæ conscientia, discedenti à proprietate verborum Christi, satisfaciatur. Apertis verbis accusat Oecolampadium, quod absentis Christi corpus tanquam in tragoedia res presentari contendat: apertis verbis docet, in ijs promissionibus, in quibus praesentia Christi nobis promittitur, humanitatem à diuinitate non esse diuellendam. Praesentis corporis *κοινωνία* fatetur, & eam *κοινωνία*, atq; proprietatem verborum, negat pugnare cum vlllo articulo fidei: indignam Christianis opinionem esse dicit, putare, Christum ita quandam caeli partem occupasse, vt in ea tanquam inclusus carceri sedeat: laudat denique veterum argumentationem, qui ex doctrina de Coena Domini, articulum de resurrectione nostrorum corporum demonstrarunt. Eiusdem argumenti & sententia est ad Martinum Gorlitium, Pastorem Brunsvicensis epistola.

” Quantum attinet ad factionem Zuuinglij, iubeo te bono
 ” animo esse. Ego agnoui, coram auditis antesignanis illius se
 ” ctæ, quàm nullam habeant Christianam doctrinam: tantum
 ” pueriliter philosophantur: ideo non poterunt durare. Omnis
 ” enim plantatio, quæ non est ex Deo, eradicabitur. Cum totis
 ” sexcentis annis disputauerint, nihil afferunt præter hanc vo
 ” cem, Caro non prodest quicquam. Hanc nuper torquent ad
 ” Christi carnem. Vidisti, quid ego collegerim de hac re, vnde
 ” meam sententiam cognoscere potes. EGO MORI MAL
 ” LIM, QVAM HOC AFFIRMARE, QVOD
 ” ILLI AFFIRMANT, CHRISTI CORPVS
 ” NON POSSE NISI IN VNO LOCO ESSE.
 ” Ideo constanter arguas eos publicè & priuatim, cum erit occa
 sio.

casto. Vituperes hoc quoque in eis, quod de usu Sacramen-
torum nihil dicunt, nulla est mentio fidei iustificantis, in om-
nibus Cinglianorum libris. Cum nominant Fidem, non in-
telligunt illam, quæ credit remissionem peccatorum, quæ cre-
dit nos recipi in gratiam, exaudiri & defendi à Deo, sed intel-
ligunt historicam. Vsum autem & exercitium fidei, Christianos
nosse oportet. Vale. Christus gubernet tuum ministerium.
Philippus Melanchthon.

Dies quidem & annus huic epistolæ non est ascriptus: sed
quia meminit libelli sui, in quo collegit testimonia Pa-
trum de Cœna Domini, editi paulo post Comitia illa Augus-
tana: neque hanc epistolam longo interuallo secutam esse cre-
dibile est. In illo autem libello, planè improbat & reiicit Ca-
rolostadij, Cinglij, Oecolampadij sententiam. Ego, inquit, has
Patrum sententias statuo ^{patres} asseuerare, quod corpus Do-
mini verè adsit in Cœna Dominica. Eos autem, qui in Patrū
sententijs decurrunt ad hyperbolas & allegorias, dicit quare
re ^{οσα φηγουσα}. Et allato Augustini loco ex epistola 57. ad
Dardanum, hæc explicationis causa subiungit. Neque verò
quisquam mihi persuaserit, Augustinum hoc loco sic alligare
corpus Christi ad vnum locum, vt alibi esse non possit. Quid
enim afferri potest præter humanæ rationis iudicium, cur hoc
loco includamus Christum in vnum locum? Et paulo post:
Neque ego vllam satis firmam rationem inuenio, cur ab hac
sententiâ discedamus. Fieri potest, vt alia sententiâ blandiatur
animo ocioso, quæ est magis consentanea humano iudicio,
præsertim sic instructa & ornata argumentis eruditè cogita-
tis. Sed quid fiet in tentatione, cum disputabit conscientia,
quam habuerit causam dissentendi à recepta sententiâ in
Ecclesia? Tunc ista verba, Hoc est corpus meum, fulmina-
erunt.

„ erunt. Quid his opponet mens perterrefacta? Quibus Scri-
 „ pturis, qua Dei voce muniet se, ac sibi persuadebit, necessa-
 „ rio fuisse hic interpretandam Metaphoram? Et rursus: Ego
 „ itaque sequor Veteris Ecclesie sententiam, qua affirmat, ad-
 „ esse corpus Christi in Coena, ac iudico hanc habere Scriptur-
 „ ra testimonium. Non enim inuenio firmam rationem, cur
 „ nomine corporis in verbis Coenae oporteat tantum absen-
 „ tis corporis signum intelligi. Neque ab hac sua sententia Phi-
 „ lippus discessit, vel anno 37. cum Smalcaldicis articulis sub-
 „ scripsit, vt infra videbimus: vel 41. cum Ratisbonae cum Pon-
 „ tificijs colloqueretur. In Actis Ratisbonensibus, qua exant
 „ tomo quarto Philippi, haec est ipsius de Coena confessio. De
 „ Sacramento corporis & sanguinis Domini Christus inquit:
 „ Accipite, manducate, Hoc est Corpus meum: & deinde, Hic
 „ est Sanguis meus. Ideo fatemur, in Coena Domini vere &
 „ realiter Corpus & Sanguinem Christi adesse, & cum pane &
 „ vino exhiberi fumentibus. In iisdem Comitijs, Philippus,
 „ vna cum Bucero & Pistorio, sequens scriptum de Coena Do-
 „ mini obtulit 10. Maij, Electori Palatino Friderico, renuente
 „ Granuellano id accipere.

„ Illustrissime & Illustris Domine, Magnitudo negotij,
 „ in quo versamur, non potest non afferre moras aliquas. Ideo
 „ reuerenter petimus, vt boni consulatis, quod non citius
 „ respondimus. Nec mirum est, propter abusus multorum se-
 „ culorum, difficiles iam de Coena Domini deliberationes esse
 „ se. Speramus autem, Reuerendissimis & doctissimis viris de-
 „ lectis ad colloquium, satisfacturam esse confessionem nostrae
 „ doctrinae de Coena Domini nuper exhibitam, qua ad com-
 „ munionem Concordiam certe profutura erat. Nam perspicue
 „ testati sumus, nos amplecti & tueri omnem consensum Ec-
 „ clesiae

celestæ Catholicæ, quòd in Cœna Domini consecrato Pane & Vino, verè & realiter adsint & sumantur Corpus & Sanguis Domini. Testati etiam sumus, nos improbare eos, qui negant adesse, & verè sumi verum Corpus Christi. Abhorremus. n. à prophanis iudicijs in hac causa, vt ipsa formula exhibita, & apologia olim edita testatur. Nec in libro, quem Inuictissimus Imperator à nobis inspicere voluit, plus est, quàm in nostra formula: nisi quòd in margine libri quædam verba, vt apparet, ab alio authore adiecta sunt. Miramur igitur Reuerendos Dominos delectos, non fuisse contentos nostra simplici & perspicua Confessione, quæ certè ad Concordiam profutura erat. Retinet enim id, quod doceri necessarium est: sed delecti addiderunt alios articulos, quos omittere ad Concordiam vtilius esset. Primum enim, cum retinemus doctrinam de præsentia corporis Christi, quid opus est querere de modo? Recentes sunt hæc disputationes de Transsubstantiatione & similes, nec intellectæ ipsis scriptoribus: tantum abest, vt populus intelligat. Loquimur igitur verbis Pauli, & veterum Patrum. Cum Paulus dicat, Panis quem frangimus, est participatio corporis Domini: nos quoque dicimus, cum pane consecrato verè adesse & sumi Corpus Christi. Sic & Irenæus locutus est, constare Eucharistiam duabus rebus, terrena & cœlesti: nec dubium est, cum terrenam, panem vocet, quin huic adiungat rem cœlestem, videlicet Corpus Christi. Et Cyrillus: Dominus fragmenta panis dedit, inquit, Hoc est Corpus meum. Non ait, dedisse accidentia Panis. Noua est hæc imaginatio, quæ finxit accidentia sine subiecto, vnde natæ sunt in finitæ quæstiones inutiles, de muribus rodentibus panem consecratum, & similes, indignæ grauitate Ecclesiæ. Denique eo processerat vanitas disputatricis illius Theologiæ

„ in hac quaestione, vt fuerit opus emendatione. Interim silen-
 „ tium erat de veris vtilitatibus tanti muneris. Epiphanius dis-
 „ ligenter describens & dogmata Ecclesiae, & Sacramenta
 „ Domini, inquit: καὶ βρώσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐπ' αὐτῷ
 „ ἐστὶ ζωογονησιμ. Pag. 463, lib. 3. Id est: Cibus quidem, pan-
 „ nis est, sed in eo est corpus Christi, quod viuificat. Dixer-
 „ tē inquit, In eo: Nondum enim orbis terrarum vocabu-
 „ lum Transsubstantiationis audierat. Cyprianus inquit:
 „ Nec potest videri sanguis eius, quo redempti & viuificati su-
 „ mus, esse in calice, quando vinum desit calici, quo Christi
 „ sanguis ostenditur. Augustinus satis sibi constat, si recte
 „ intelligatur: Panem & Corpus coniungit. Quod videtur,
 „ panis est, quod fides postulat instruenda, Panis est corpus
 „ Christi. Et perspicuum est Gelasij Pontificis Romani tes-
 „ timonium, qui inquit: Certē Sacramenta, quae sumimus,
 „ corporis & sanguinis Christi, diuina res sunt, propter quod
 „ & per eadem diuinā efficimur consortes naturae, & tamen
 „ non destitit esse substantia vel natura panis & vini. Sic &
 „ Nicena Synodus loquitur: Non attendamus ad panem &
 „ poculum in diuina mensa positum, sed attollamus men-
 „ tem, fide cogitemus, in ea mensa iacere agnum Dei, &c.
 „ Coniungit panem & corpus Christi. Nec ignoramus, re-
 „ centiores Scriptores postea philosophatos esse de abiectio-
 „ ne substantiae panis, & maxima turba est recentiorum scri-
 „ ptorum. Sed nos cum Paulo & vetusta Ecclesia loquimur,
 „ & haec sententia praecidit quasdam periculosas quaestio-
 „ nes. Audimus autem Doctorem Eckium nuper post ex-
 „ hibitam formulam, coram vobis in nos contumeliosē inue-
 „ ctum esse, & crimen nobis obiecisse, quod fraude corrupta &
 „ supposititia testimonia citemus. His calumnijs fidem nos-
 „ tris testimonijs detrahare conatur: sed erit iudicium sanorū
 „ prudent

prudentium & eruditorum hominum toto orbe terrarum, de
 utraq; re, vtri plus fidei & iudicij in citando adhibeant. Nec
 venimus rudes ad hanc causam: sed peruestigata est nobis
 Antiquitas, & quasi cum tota Ecclesia deliberantes in
 suimus omnium veterum sententias, vt nostris Ecclesijs fir-
 mam & salutarem doctrinam traderemus, & acquiescimus
 in ea sententia, quam exhibuimus, quam & piam, & ad sedan-
 das discordias vtilem iudicamus. Sed si Doct. Eckius volet
 excitare maiora certamina, prouidendum est bonis governa-
 toribus, ne tales contentiones inflamment, & augeant dissi-
 dia. Hæc commemoramus, vt cum constet, nos retinere ve-
 ram præsentiam, ne cogamur recipere ea quæ addidit recen-
 tior ætas, de abiectioe naturæ panis. Adiecti sunt articuli de
 reponendo Sacramento, & de reposita panis adoratione, qui,
 vbi est vsus integri Sacramenti, seu vtriusq; speciei, locum nõ
 habent. Nam vinum repositum, statim corrumpitur, nec nos
 vsus vnius partis, aut abusus inde ortos confirmare nostra
 approbatione possumus. Sicut in multis Ecclesijs nec quon-
 dam reponebatur, quod supererat post consecrationẽ, vt do-
 cet capitulum Tribus, de consecratione. Ideo articulos à De-
 lectis oblatos non recipimus, & reuerenter oramus, vt hanc
 nostram responsionem Cellitudines Vestræ boni consulant:
 nosq; ad reliquam collationem offerimus.

Philippus Melanchthon,

Martinus Bucerus,

Ioannes Pistorius.

QVorsum hæc tam multa de Philippo, deq; eius in hac
 controuersia Coenæ Dominicæ sententia? Vt constet
 videlicet, Philippum tunc, cum Confessionem Augustanam
 iussu Principum scriberet, in eadem nobiscum sententia fuis-
 se, & Cinglianorum sententiam non modo non probasse, sed

etiam fraternitatem cum ijs colere noluisse: ideoq; nouum nō esse, aut in Ecclesijs Augustanæ Confessionis inauditum, sed vetus, & verum, & rectum, & ab ipso Philippo factitatum: vt licet impendentibus grauissimis periculis, errores, damnentur, & vera Ecclesia per publicam Confessionem sese ab alijs Ecclesijs errores pertinaciter defendentibus segreget. Hic Rhodus nostra, Sturmī, est: hīc saltandum tibi erat, & contrarium probandū eius, quod ego feci, & faciendū esse probaui. Neq; ad honorē & existimationē Philippi pertinere puto, quā tu saluam esse & incolumem velle videri cupis, ex priuatis epistolis, & ipso demum mortuo editis, probare, quod sententiam de fraternitate cum Cinglianis ineunda mutarit, quod non amicos tantum, sed fratres quoq; charissimos & reuerēdos ipsos nominarit: quod ἀπολατρεῖται nobis imputarit, & τὸ πανταχῶς reiecerit. Quæ ego pro me recito testimonia, & contra te affero, maioris autoritatis sunt & ponderis: non modo, quia publica sunt, & publicè extiterunt omnia, viuente adhuc Philippo: sed etiam, quia tempus Augustanæ Confessionis, de cuius sensu controuersia est, propius attingunt, & certissimum testimonium dicunt, quæ tum non Principum modo, qui Confessionem illam Imperatori obtulerunt, sed Philippi quoq; sententia fuerit. In qua si non perseverauerit: nullum inde Ecclesijs Augustanæ Confessionis præiudiciū generatur: ipse autem tua quoque Confessione reprehendendus est, pag. 136. quod sententiam suam non exposuit simpliciter, & sine ambiguitate, in toto mundi teatro, sed in clancularijs epistolis, metuens exilia & alia pericula. Vis aliquid dicam grauius? Fluctuantis, & titubantis, ideoq; non bonæ conscientie signum est, quod Heluetijs & Gallis clam significasse dicitur, se cum ipsis sentire, & id publicè profiteri non est ausus: maximè cum tot Epistolis à Caluino esset

set extimulatus, vt id faceret. Viuente adhuc Luthero, anno 1545. 28. Iunii hæc ad ipsum scripsit Calvinus, Epist. Vtinam, vt me angit, &c. pag. 55.

Quid si etiam Domini permissu in has angustias sis redactus, vt plenior tandem de hac re Confessio tibi extorqueatur? Verissimum equidem fateor esse, quod doces: & quod placido genere docendi ha-
 Etenus studuisti animos à contentione reuocare, prudentiam modera-
 tionemq; tuam laudo. Sed dum locum hunc, tanquam scopulum ali-
 quem refugis, ne in quorundam offensionem incurras, plurimos, qui
 aliquid certius, in quo acquiescant, abs te requirunt, suspensos per-
 plexosq; relinquis. Eæt autem, vt me aliquando tibi dicere memini,
 non satis nobis honestum, eam doctrinam, quam pleriq; Sancti pro-
 prio sanguine testatam relinquere non dubitant, ne atramento qui-
 dem consignare. Ad hanc ergo plenam & solidam mentis tuæ ex-
 plicationem, fortè viam tibi patefacere nunc vult Dominus, ne per-
 petuò hæreant dubij, qui ab autoritate tua pendet, quos scis esse quàm
 plurimos. Et 90. Si fortè, quod tibi aliquando dixi, oblitus es, nunc
 in memoriam reuoco, nimis charum nobis esse atramentum, si ea lite-
 ris testari dubitemus, quæ tot ex medio grege martyres quotidie san-
 guine suo obsignant. 13. Cal. Iulij 1550. Et rursus 6. Cal. Septemb.
 1554. pag. 133. & 134. Ecce nunc homines indocti & turbulenti bel-
 lum Sacramentarium à parte vestra innouant (hoc falsum esse, infra
 probabitur) quos etiam ipsos tua taciturnitate foueri, boni omnes
 gemunt & queruntur. Quantumuis enim audax sit inscitia: nemo
 tamen dubitat, si liberius profiteri quod sentis, in animum induceres,
 quia tibi facile sit, eorum intemperiem aliqua saltem ex parte seda-
 re. Nec verò ita humanitatis oblitus sum, quin & mecum repu-
 rem, & alijs quoque ostendam, quo cum hominum genere nego-
 tium tibi sit, quàm te anxium perplexumq; teneat ista rerum per-
 turbatio, quàm multa circumspicere tibi necesse sit, quæ tuum
 cursum impediunt ac morantur. Sed nihil tanti est, vt furiosis
 homi-

40 Defensio II. D. Ioannis Pappi,

hominibus tua dissimulatio ad turbandas & dissipandas Ecclesias
 frenum laxet. Taceo iam, quàm preciosa nobis esse debeat ingenua
 sanæ doctrinæ professio. Scis, annis plus triginta, defixos in te fuisse
 innumera multitudinis oculos, quæ nihil magis cuperet, quàm se tibi
 docilem præbere. Quid? an hodie ignoras, plurimos ab ambigua illa,
 in qua te nimis timidè contines, docendi forma dubios pendere? Quòd
 si tibi syncerè solideq; testari, quod esset vtile cognitu, liberum nò est,
 saltè danda erat opera, ut franeres istorum intemperiem, qui de ni-
 hilo importunè tumultuantur. Quid enim obsecro sibi volunt? Clama-
 uit tota vita Lutherus, non alia de re se contendere, nisi ut suam
 Sacramentis virtutem assereret. Conuenit, non inanes esse figuras, sed
 re ipsa præstari, quicquid figurant: in Baptismo adesse spiritus effica-
 ciam, ut nos abluat & regeneret: sacram Cœnam spirituale esse epu-
 lum, in quo Christi carne & sanguine pascimur. Ergo in sedando tu-
 multu, quem denuò concitant præposteri homines, causa magis vide-
 tur fauorabilis, quàm ut inuidiæ metu cessandum sit: cuius tamen
 varias agitationes, in isto gradu effugere non potes. Danda solùm
 opera est, ut aheneus ille bonæ conscientie murus, non eas modò, sed
 quamlibet violentos totius mundi impetus fortiter sustineat. Et
 pag. statim sequente 135. in epistola ad Martyrem anno eor-
 dem eodemq; die. De Philippo valdè mihi dolet. Ergo ei non sa-
 tis est, vel quocunq; tulerit hominum gratia, flexibilem mutare, vel
 silentio prodere veritatem, nisi cordatos Dei seruos, ad quorum imi-
 tationem potius ipsum eniti decebat, inflectere ad suam molliciem co-
 netur. Præclare verò abs te factū, quòd te liberum veræ doctrinæ de-
 fensorem fore professus es. Sic enim tuo exemplo præscripta est ei re-
 gula, quatenus pax fouenda sit, ut scintillam aliquam virili animi
 spirare aliquando discat. Pag. 157. Περὶ τῆς ἀπολατρίας pridem in-
 terior animi tui sensus mihi cognitus est, quem etiam non dissimu-
 las in tuis literis. Sed mihi displicet tua ista nimia tarditas, qua non
 tantùm fouetur, sed etiam augetur eorum dementia, quos tam pecu-
 lantè

lanter ruere vides in totius Ecclesie perniciem. Atq; vt tibi non ita facile sit, tales bestias frenare, quod tamen vanum esse arbitror, si modo auderes: scis tamen, à spe succussus officia nostra minime pendere, quin prestare nos etiam in summa desperatione oporteat, quod Deus exigit. Nec verò illa mihi excusatio satisfacit, maleuolos, qui te oppressum cupiunt, hinc captare plausibilem materiam. Quid enim facturi sunt serui Christi, nisi spreta inuidia, contemptis sinistris rumoribus, posthabito etiam discriminum metu, quacunque obstacula ingerit Sathan, victrice constantia superent? Certè, quantumuis in te insaniant, nihil tibi durius ab illis impendet, quàm vt migrare isthinc cogaris: quod tibi meo iudicio complures ob causas spontè optandum foret. Verùm, vt timenda sint extrema quæque, tibi semel statuere necesse est, quid Christo debeas, ne ingenuam veritatis professionem supprimens, ad eam opprimendam quasi tacitum patrociniū improbis hominibus accomodes. 3. Non. Martij, 1555. Pag. 162. Quid plausibile sit Mundo, vel odiosum, me non latet. Sed mihi nihil plurius est, quàm præscriptam à Magistro normam sequi. Nec dubito, quin hæc ingenuitas pijs & sanis gratior tandem futura sit, quàm flexibilis & mollis docendi ratio, quæ inanem metum præseferat. Quod te Deo & Ecclesie debere agnoscis, obsecro te, vt quàm primùm soluas. Neg enim in hanc rem insisto, quod partem inuidiæ in te exonerans, tantundem me leuatum iri confidam. Quin potius si liceat, quicquid in te oneris iam incumbit, pro meo in te amore atque obseruantia paratus forem in meos humeros suscipere: sed tuum est expendere, vt ego monitor non accedam, nisi dubitatione pios homines, qui te respiciunt, maturè liberes, te vix vnquam soluendo fore. Adde etiam, quod nisi serum hoc & vespertinum gallicinium (Nicolaum Gallum intelligit) te expergeficiat, pigrum meritò omnes clamabunt. 10. Calend. Septemb. 1555. Pag. 167. ad Farellum. Philippo acerrimus ero hortator (videlicet, vt Vuestphalo respondeat.) Sed quàm lentus sit, non ignoras. 10. Octobr. 1555. Pag. 185.

Quia subinde fallendis imperitis fucum ex tuo nomine videbam facere aduersarios, ne viderer in re tam clara tergiversari, quod nimè ingenuum erat, fidem tuo testimonio sepiùs deferre non dubitavi. Hac in re culpam, de qua me purgare operæ precium sit, adeò non agnosco, vt iure optimo conqueri de tua cunctatione liceat. Et si à turbulentis certaminibus abhorres, scis tamen, quid suo exemplo Paulus omnibus Christi seruis præscribat. Certè maior tibi, quàm in eo spectata fuit, moderationis laus non est appetenda. Cum ergo illa summa lenitate praditus, per seditiones intrepidè transierit, nec eadem nobis molesta sit hodie conditio. Ac tibi omnino iam videndum est quidem maturè, ne tibi apud posteros dedecori sit nimia taciturnitas. Quòd si dum suis telis undique te confodiant hippocent auri isti, expectas, timendum rursus, ne parum opportunè censeatur Confessio, quam tanta necessitas extorserit. Quid si mors occupet? Nonne vt tibi decedat omnis auctoritas, fides que abrogetur, seruiliter timidum fuisse clamabunt? Quam infamiam vt abs te extergere festines, non es pluribus verbis monendus. 3. Non Augusti, 1557.

Quia, inquam, his tot, & tot annorum exhortationibus & stimulis expergefactus non est Philippus: vt patet iam sententiam suam explicaret: fluctuante, & titubante, ideoque non bona conscientia dico eum fecisse, quod vos ipsum fecisse contenditis: ipsique planè euenisse, quod in epistola ad Oecolampadium scripserat: nullam se firmam rationem inuenire, quæ conscientia discedenti à verborum proprietate satisfaciat. Et in libello, in quo recitantur testimonia Patrum: Sed quid fiet in tentatione, cum disputabit conscientia, quam habuerit causam dissentienti à recepta sententia in Ecclesia? Tunc ista verba, Hoc est corpus meum, fulmina erunt. Quibus Scripturis, qua Dei voce muniet

muniet se, ac sibi persuadabit; necessario fuisse hinc interpretandam metaphoram? Ista fulmina, Sturmi & Caluine, ista penuria verarum causarum, & testimoniorum Scripturæ, cohibuerunt Philippum, ne apertè in vestra castra transiret: non odia, non obreçtationes, non metus exilij. Hic tu rursus, Sturmi, vt facis pag. 176. *omnium literatorum hominum odia in me concitabis, & illorum stylos in me excutes*: & rursus stultum me esse dicis, qui tanto periculo me vltro obijciam. Sed quid facerem? Philippi testimonium, quod tibi opposui, sic eleuas: semper illum cum Helueticis & Gallicanis Ecclesiis pacem coluisse: etiam scriptis literis eorum doctrinam probasse. Mihi igitur ostendendum fuit, neque Philippum semper hoc de Helueticis Ecclesiis sensisse, neque toties extimulatum, publicè confiteri ausum, quod clam ad Helueticos & ad Gallos scripsisse ipsum dicitis. Si ista ad honorem & authoritatem Philippi non pertinent, vt certè non pertinent: tibi imputa, qui ad Philippi testimonium, tibi obiectum, aliter respondere non potuisti, quàm Philippum non perseverasse in illa sententia. Nihilominus ego probavi & demonstraui, Philippum idem publicè scripsisse, & docuisse, quod ego in meis thesibus defendo: siue in ea sententia manserit, siue eam in gratiam Helueticorum & Caluini mutauerit.

De Bucero ita me putas tuis λόγοις circumuentum, & irretitum, vt nisi planè tibi astipuler, non modò contra officium facere debeam videri, qui in hac Schola & Ecclesia, aliam quàm Bucerus doctrinam defendam: sed etiam Magistratum superiorum temporum huius vrbis accusare, eique infamiae notam inurere, quòd doctrinam falsam,

& concionatores falsos defenderit, pag. 117. in qua *διαβολῆ*
 quàm sis eloquens, & quàm tibi placeas, creberrimæ, & quid-
 dem minimè necessariæ eius repetitiones testantur. Poteram
 autem hanc partem responsionis meæ ad eum vsque locum
 differre, qui est de Confessione quatuor ciuitatum, anno
 1530. & altera Confessione anni 1548. Sed ne ereptum mi-
 hi putes Buceri testimonium, de quibusdam saltem te mo-
 nebo, si tamen à me quadrimulo Doctore moneri te pate-
 ris. Initiò igitur, etsi omnia tibi concederem, quæ vis: non-
 dum tamen effecisses, vt non eiusdem cum mea argumen-
 ti disputationem Bucerus aliquando habuerit: & adhuc fals-
 sum esset, nullam talem disputationem, ante Theses meas,
 in vlla Academia Ecclesiarum reformatarum fuisse ha-
 bitam. Deinde, vtrum Bucerus Helueticos Theologos
 post Concordiam anni 1536. pro fratribus semper agnouer-
 rit, vehementer dubito, & causas dubitandi has habeo. Pri-
 mam, quòd anno statim sequente, Concordiam anni 1536.
 Smalcaldiæ, articulos ibi conscriptos probauit: inter quos
 qui est de Cœna Domini, in hæc verba, & in hanc senten-
 » tiam conceptus est. De Sacramento altaris sentimus, pa-
 » nem & vinum in Cœna, esse verum corpus & sanguinem
 » Christi: & sentimus, hæc potrigi & accipi, non tantum
 » à bonis, verum etiam à malis Christianis. Fortasse dices,
 Bucerus hunc articulum non probasse: non enim subscri-
 psisse eum articulis Smalcaldicis, licet Smalcaldiæ fuerit.
 Hoc enim obscure quasi *αὐτῶν* Daniel Tossanus in male-
 dica & contumeliosa sua consolatione. Sed vide, quàm pa-
 rum honori & authoritati Buceri & aliorum consulant, qui
 hoc diuerticulum quærunt. Aut enim vna eademque est
 & Concordiæ anni 1536. & articulorum Smalcaldicorum
 sententia: & cur renuisset Bucerus subscribere: maxime
 cum

cum articuli Smalcaldici explicationis & repetitionis causa additi fuerint Confessioni Augustanæ. Aut si pugnant articuli isti cum ipsa Concordia : tunc non modò in Luthero & cæteris, qui superioris anni Concordiæ subscripserant, Iona, Pomerano, Crucigero, Philippo, Menio, Myconio, fides & constantia merita desideraretur, qui nò vnum annum seruassent Concordiam : sed in Bucero quoque & Bartholomæo Lycosthene reprehendenda esset vel negligētia, vel timiditas, qui tam apertæ defectioni non restitissent. At non modò non restitit Bucerus: sed domum quoque reuersus, nunquam destitit, illud ipsum Concordiæ negocium apud Helueticos, & Tigurinos præsertim, vrgere, quamdiu non modò spes aliqua superfuit, sed etiam spei qualiscunque vmbra: donec Henricus Bullingerus, vt omnem ei spem præcideret, ea de ipso, & Concordia illa scripsit, de quibus in postrema parte epistolæ ad Comandrum Ecclesiæ Curiensis Rheticæ Pastorem ita scribit : Propterea autem hanc partem illius epistolæ hîc ascribo, quia hæc secunda mea causa est, ppter quam adduci nò possum, vt credam, Bucerum post anni 1536. Concordiam, perpetuam amicitiam cum Helueticis doctoribus coluisse. Tandem, inquit, ad criminationem Bullingeri venio, quam proculdubio non calumniosam modò, sed etiam si tam calumniosa non esset, & ipso & nobis indignissimam iudicabunt sancti omnes, qui cognòrint, quæ inter nos adhuc, tum in hac ipsa causa Concordiæ, tum in communicatione sacri Ministerij vniuersa, acta sunt, quæq; nostra in illos extiterunt officia. Dices forsitan, Tamen nec Argentinenses Ministros, nec te nominauit? Hoc minùs egit ingenuè. Nam non ibit inficias, se nos perstringere voluisse. Si igitur palàm peccasse nos iudicabat, debebat nos iuxta Pauli præceptum, etiam palàm coram omnibus arguere, & nostra nominatim

» etiam, Scripturis & rationibus confutare: sin debebat prius
 » tim nos monere: id quod non modo ipse Dominus præcepit,
 » sed ipse etiam sancte, idq; non semel, promisit. A Retractas
 » tionibus meis nullum ego scriptum de hac re euulgavi: & de
 » his ipsis, præsentè D. Vadiano Basileæ consilij mei rationes
 » exposui, & quidem ab eo nondum hac de re appellatus. Isti
 » enim homines obrectare absentibus, quàm cum Paulo era
 » rantes coram reprehendere magis student. Si ei verò meara
 » tio non satisfecit, cur quæ præterea desiderabat, vel tunc, vel
 » postea Tiguri, cum ad ipsos venissem, non explicauit? Diu
 » multumq; cum illis egi, vt conuenire alicubi, atq; digna gra
 » uitate, iustoq; tempore excutere vnà vellent, quæ inter nos
 » cõtrouertuntur: Querere nos vtrinq; veritatem, Christũ pro
 » misisse se nobis affuturum mediũ, si in ipsius nomine con
 » ueniamus: & à patre impetraturum, quicquid per ipsum con
 » sentienter orauerimus: vnã hanc rationem fraternæ colla
 » tionis esse, qua cum Apostoli ipsi, tum omnes veri Episcopi, et
 » Ecclesiarum Patres, nebulas tam dogmatibus quàm reliquæ
 » administrationi offusas dispulerint. Verum quàmlibet im
 » probe huiusmodi cõuentum & mutuam communicationem
 » rogauerim, eaq; de causa ipsos non semel adierim, sæpius me
 » obtulerim, nunquam tamen impetrare ab illis potui, vt sui ad
 » eiusmodi collationem copiam mihi facerent. Et si quando pu
 » blico consilio cõuentum Basileæ est, manibus & pedibus
 » semper repugnârunt, ne cõtrouersias, propter quas compos
 » nendas aderamus, coram Legatis excuteremus: cumq; ipsi
 » inter nos committeremur, moras quoad potuerunt abrumpe
 » bant. Nos tamen nullam prætermisimus occasionem, eò illos
 » adducendi, vt sententias coram viris pijs & cordatis confere
 » rent. Vbicunque intelleximus eos conuenire, ipsis nos ad
 » iunximus: etiam cum iam cœpissent nos suis hominibus pas
 » rum

rum amice commendare, eosque ita contra nos inflammassent, ut plerique amicorum, qui audierant, quæ Tiguri de nobis voces iactabantur, dehortarentur nos Tigurum proficisci, metuentes, ne insigni ibi aliqua iniuria afficeremur. Atque cum nobis ipsis probe conscij essemus sinceræ in illos dilectionis, eoque nec ab ipsis possemus expectare, quæ sunt inimicorum: cum anno 38. studio Basiliensis Senatus & Ministerij, conuentus Ciuitatum, quæ inter Helueticas Evangelium purius profitentur, indictus esset, ut de instituta consensione Ecclesiarum, in doctrina Sacramentorum tandem constitueretur, libenter conuentum eum, adiungentes nos Basiliensibus, adiuiimus, fratribus Tigurinjs non solum inuocati, sed etiam, quod ipsi testabantur, inexpectati, summeque ingrati: id quod etiam multis alijs argumentis comperimus, quæ hic prætermitto. Hoc tamen commemorare volo, ut videas mi frater, quibus illi nos apud suos elogijs commendauerint. Cum primo die Conuentus, oblatis Consilio literis, quas à Senatu nostro attuleramus, operiremur responsum in vestibulo eius aulae, in qua solet haberi Senatus: quidam ægrè retineri potuerunt, id quod postea resciuimus, quin illic coram multa hominum turba nobiscum contumeliosis verbis exposculassent, cur ad ipsos venissemus, Ecclesiam ac Rem publicam perturbatum. Haud tamen potuit excitata indignatio animorum ita comprimi, quin grauisimæ in populo contra nos voces iactarentur: quin & studiosus quidam adolescens nobilis, versibus nescio quibus nomen nostrum foedare conatus sit. Nos enim versus non vidissemus: sed cum intereederemus pro eo, iam ob id in carcere coniecto, sensimus illi veniam ægrè admodum impetrari, quanquam ei & adolescentia, & nobilitas (id quod forsitan spectauit is, qui eum ad hoc facinus impulit) patros

» patrocinaretur. Quē verò dicemus & alios, & hūc adoleſcens
 » tem ita contra nos incendiſſe? Nos certē cum nemine Tigur
 » rinorum, quā cum ſolis verbi adminiſtris, idēq; ſemper vel
 » coram, & id ſiue publico iuſſu, ſiue ad id pro noſtra in Domi
 » no coniunctione, ab iſtis admiſſi, vel per amicas literas de his
 » rebus egimus. Quare iure & lege tam publici Conſilij, quā
 » priuatæ amicitiaē, vel potiùs publicæ etiam in ſacro Miniſte
 » rico ſocietatis, polliceri nobis debebamus, quæ fuiſſent inter
 » nos acta, ea ad alios non emanatura, præſertim tam inimicē.
 » Vides igitur, mi frater, Miniſtros Tigurinos officij erga nos
 » parum memores fuiſſe. Atqui ſi vera Chriſti inter nos ſocie
 » tas conſtaret, & à publicis offendiculis, ita vt oportebat, ab
 » horreremus: eſſent in noſtro ordine, qui eos in viam reduce
 » re conarent. Qui ſi nihil efficerent priuatim: publico Eccleſiæ
 » Concilio mederi huic malo molirentur. Nam hoc, cum ipſa
 » communis Chriſtianorum inter ſe dilectio dicat: tum ſingu
 » lariter exigit omnibus nobis iniuncta pro Eccleſiis cura &
 » ſolicitudo. Sed dices: Vt Tigurini te non rectē & ordine ac
 » cusarint, quid tamen, ſi verē? Quia Bullingerus tantum cri
 » mina, atrociffima quidem illa, in nos torquet, & nullam ratios
 » nem adducit: nos nō minùs illo Eccleſiis fidelem operam im
 » pendimus, fideiq; noſtræ non adeò obſcura argumenta exhi
 » buimus: ſperamus apud omnes verē ſanctos, meum NEGO
 » tantundem vaſiturum, quantum illius AIO. Numerat nos im
 » ter impios Papiſtas, Epicureos, Anabaptiſtas, & vocat Ver
 » tumnos, ac accuſat leuitatis, inconstantiaē, & cauponationis in
 » profefſione Religionis: qua nulla poſſet eſſe grauior impietas:
 » cauſasq; huius eſſe ſubiungit metum, & ſtolidam reuerentiaē
 » am hominum. Ita permittit ſibi iudiciū de cordibus noſtris
 » facere, nec vllam tamen affert coniecturæ ſuę cauſam: putans
 » forſan, ſe tantum in Eccleſia Chriſti eſſe, vt ſatis ipſi ſit, ſi quem
 » perditum

perditum cupit, tantum accusare, nec opus sit vlla proferre
 testimonia, vel rationes. Ego, gratia Domino, nullius horum
 omnium, quæ nobis magna sanè in nos lenitate vsus impin-
 git, criminis mihi conscius sum, necq; vllius nos vel ipsi vel alij
 conuincunt vnquam, ob ea quidem quæ nunc de Eucharistia
 sentimus & docemus. Vera enim sunt, & verbo Dei nitun-
 tur. In hoc autem, leuitatis, & nos, & Bullingerum condem-
 namus, quod vt ipse adhuc, ita & nos aliquando, *LVTHE-
 RO ET ALIIS SENTENTIAM ASCRI-
 PSIMVS, IN QVA ILLE VNQVAM FV-
 IT, QVOD IDEM FORMAS QVASDAM
 REIECIMVS, QVÆ CVM SCRIPTVRA
 CONSONANT. SED EO, QVOD MELIO-
 RA ET CERTIORA SE QVIMVS, ID
 CONSTANTIAE EST IN STUDIO VE-
 RITATIS ET CHRISTI, NULLIUS LE-
 VITATIS.* Vtinam autem Bullingerus non seipsum
 & suos stolidè, & parum Christianè reuereretur, populique
 sui iudicium non plus æquo metueret. Nam si ipsis non ob-
 staret & hic metus, & sui suorumq; aliquorum admiratio ni-
 mia, in verissima ratione, & sanctissima consensione, quam
 toties nobis confirmârunt, constantius perstitissent. Sed de
 his aliàs. Ego tibi & alijs fratribus, in præsentihæc satis fore
 arbitror. Nam & alia negocia grauiora plura scribere non
 permittunt. Faxit Christus, ne istis importunis studijs, Eccle-
 sijs magnum malum dent *IPSI CONSTANTES IN
 PERTVRBANDIS ECCLESIIIS HOMI-
 NES.* Dominus illos & nos dirigat, vt ipsi, non nobis con-
 stemus. Vale. Nunc enim plura non licet. Quod con-
 stantes esse aio in perturbandis Ecclesijs, inde probò, quia
 contempto communi iudicio Ecclesiæ, quod eis toties
 G obtu

» obtulimus, tam seuè atque falsissimè criminantur veros
 » fidosque seruos Christi. Id enim vtique est perturbare Ec-
 » clesias, Sed tu vale, & nos ama, Argentorati, 1538. in Octo-
 » bri.

De hac secunda causa iterum dicendum mihi erit, cum probabo, Ecclesias Helueticas à nobis discessionem fecisse, non à nobis reiectas esse.

Tertiam causam sumo ex actis Ratisbonensibus & Vor-
 matiensibus, anni 41. & ex scripto suprà posito, cui vnà cum Philippo Bucerus & Pistorius subscripserunt. Quo tempore si Helueticorum doctrinam de Cœna probasset Bucerus, profectò candidè non egisset, neq; viri boni functus esset officio, dissimulando, quod tunc maximè erat explicandum. Pontificij enim Theologi nostrorum Confessionem propterea impugnabant, eò quod transsubstantiatio reiecta erat: & Cingliani ludebant in voce ADEST, & contendebant, spirititaliter seu allegoricè adesse corpus Christi in Cœna: hoc est, nō verè adesse, sed in vno loco cœli esse, & per fidem intelligi præsentiam. Hic nihil tergiuersatus Bucerus, Testati
 » etiam sumus, inquit cum Philippo & Pistorio, nos improba-
 » re eos, qui negant adesse, & verè sumi verum Christi corpus.
 At qui nam hoc illo tempore negabant? Num'ne aliqui in Vtopia, aut trans Sauromatas obscuri homines? Minime, sed Heluetij, & qui Helueticorum dogmata sequebantur. Eos igitur anno 1541. improbandos censuit. Quantum verò inter Improbandi & Condemnandi vocabula intersit, suo loco ostendetur, & ostendetur in Ecclesia quidem vera, condemnare errores aliud nihil esse, quàm improbare.

Sed nunc quartam causam addo, cur credendum tibi non sit, Bucerum cum Helueticis Theologis pacem semper & amicitiam coluisse; ex ipsa videlicet Helueticorum Confessione, qui

ne, qui per historicum suū Lauaterum, Bucerum accusant, quod ambigua loquendi forma solidam Concordiam sancire conatus fuerit: de se ipsis autem gloriantur, quod liberè & apertè egerint, ne Cōcordia fucata & insidiosa, maiores postea turbas pareret. Pag. 30. b. & 37. b. hæc legunt, post historiam mortis ipsius: *Hic vir in pacando dissidio inter Lutheranos & Cinglianos, multum quidem opera, & laboris insumserat, sed infelix fuerat successus. Ac tametsi multi egregij viri, magnum illum magna rei conatum in ipso laudarent, modum tamen non omnes probabant. Quod autem ipse ad Lutheri sententiam propius visus est accedere, non aliam ob causam factum putatur, quam quod dissensio de Cœna Domini obstiterat, quod minus Argentoratum & Sueuicæ vrbes, in fœdus Smalcaldicum reciperentur.* Non veram causam recitat Lauaterus, sed mala fide hanc maculam Bucero aspergit, quod fœderis tantum Smalcaldici causa, ad Lutheri sententiam accesserit. Quibus enim rationibus motus fuerit Bucerus, ex secunda parte epistolæ ipsius ad Comandrum apparet, quam infra suo loco recitabimus. Satis igitur constat, Bucerum, posteaquam omnia tentauit, in reuocandis in viam Tigurinīs, non modò malam gratiā iniisse, sed pessimè quoq; ab ipsis tractatū & acceptum fuisse. Quid, quod neque Caluino Buceri doctrina de sacra Cœna satisfacere potuit? vt est videre lib. Epistolarū pag. 82. neq; Bucerus, Petri Martyris disputationē Anglicanam de Eucharistia, anno 1549. habitā, per omnia probauit: vt est videre in tomo Buceri Anglicano pag. 532. & 862. In primis autē legat eiusdē epistola, ad D. Ioan. Brentiū scripta, anno 1550. octauo mense ante obitum, cuius Originale, vt vocant, est Bebenhusij: ego autem verba duntaxat quædam, ex ea repetam: vt omnes intelligāt, quid de Sacramentarijs senserit Bucerus, cum versaretur in Angliā. Hęc autem sunt eius verba:

„ De Domini Doctoris Martyris libro certè tam doleo,
 „ quàm quisquam alius: sed ea disputatio condicta fuit, & pro-
 „ positiones constitutæ, priusquam ego in Angliam venissem.
 „ Meo monitu ille in præfatione multa posuit, quibus præ-
 „ sentia Christi fidem plenius exprimit. Apud regni sum-
 „ mates, multum valent illi qui omne suum Ministerium,
 „ in arctum contrahunt, & de disciplina Ecclesiæ reuocant
 „ da, nihil sunt solliciti: horum torrens, & huic nostro ali-
 „ quid eripuit. Dum esse apud nos, omnia rectius & plenius,
 „ Dum illi volunt cauere Christo Domino, ne eum includa-
 „ mus, detractum cœlo, in pane, & præbeamus hominibus si-
 „ ne fide manducandum, quod nemo nostrum cogitat: ipsi
 „ eò prolabuntur, vt eum certo cœli loco physico, sine omni
 „ Scripturarum testimonio, includant, & de exhibitione eius,
 „ & præsentia in Cœna, loquuntur tam dilute (imò, qui-
 „ dam hæc verba non ferunt) vt nihil, quàm panem, & vi-
 „ num, in Cœna distribui, sentire videantur. Simplicem nos-
 „ tram sententiam, nemo adhuc in me reprehendit, nec quena-
 „ quam etiã audiui, qui eam potuisset, vlla firma ex Scriptu-
 „ ris sententia confutare, nec conari adhuc quisquam id au-
 „ sus est. Summa ratio est eorum: Oportet mysteria Christi,
 „ & intelligibiliter explicari. Quod rectè dicerent, si adderent,
 „ fidei, non rationi. Iam assumunt: Intelligi autem nulla ratio-
 „ ne potest, Christum esse in cœlis, non loco physico circums-
 „ scriptum. Cumquæ sic in cœlo sit, quod sibi sumunt, non so-
 „ lum nemine dante, sed etiã, sine vlla firma ratione non pos-
 „ se intelligi, quòd idem Christi corpus, in cœlo sit & in Cœna.
 „ Cumquæ dicimus, in Cœna tamen neminem ponere localem
 „ Christi præsentiam, iterum dicunt, nõ posse intelligi, corpus
 „ Christi vsquã, nisi locali circūscriptione adesse. Itaq; argumen-
 „ tationis

tationis eorum summa hæc est. Ratio non percipit, quæ vos de Christi in Cœna exhibitione, & præsentia docetis: ergo vera non sunt, & Scripturæ, quæ ea probare videntur, sunt aliter intelligendæ. Oremus pro illis. Ex veris Christianis, ad huc mihi nulli obtigerunt, qui non essent nostra simplicitate, in hac causa, optimè contenti, simul atque eis fuerit commo- de explicata. Opto te, & tuos omnes, in Domino, quàm re- stissimè valere. Cantabrigiæ 15. Maij, 1550.

T. T.

Martinus Bucerus

Non igitur est, cur Bucerum, in aduersariorum partes rursus tanto studio reducas: nisi non bona fide ipsum egisse, & Concordiam anni 1536. violasse velis fateri. Quod ex tuis, & tui similibus de ipso narrationibus, nescio quàm velis, à ple- risque, qui Bucerum non nouerunt, concluditur.

Quia verò Philippi & Buceri epistolis, Chrysoforni quoq; autoritatem adiecisti ex oratione de natura humana: de illa quoque tibi respondendum est. Quanquam tu me eo labore magna ex parte leuasti, qui non omiseris illa, quæ sunt in extre- ma illa oratione. Dogmata impia, & ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus autem par- cendum, & pro salute ipsorum orandum. Pag. 151. Prouoco ad memoriam eorum, qui octaua Martij in Auditorio fue- runt: an non ego ad confirmationem thesium mearum, 18. & 19. hoc ipso loco, & his ipsis verbis vsus sim. Et quid aliud sibi totus hic locus vult, quàm mea disputatio, meaq; defensio: erro- res damnandos, hoc est refutandos & improbandos esse: erro- res non damnandos, hoc est, Diabolo tradendos, sed quæ- diu viuunt, bene de ipsis sperandum, nisi manifesta ostend- ant signa impœnitentiæ & pertinaciæ: cum mortui sunt,

Dei iudicio relinquendos esse? Quid magis appositum ad defendendum me, & ad te ipsum refutandum, afferre potuisti, quam hunc ipsum Chrysofomi locum?

Quia igitur & mea mihi testimonia constant, & tua contra me thesesque meas non faciunt: age videamus iam quibus que partitam tuam criminationem mearum thesum. Ais igitur, *theses meas intempestivas & importunas esse, alienissimo tempore Ecclesiarum, in multarum Ecclesiarum disceptatione, in his furoribus Pontificiorum propositas.* At ego iam probavi tibi, vel æque periculoso, vel periculosiore etiam Ecclesiarum nostrarum tempore, Philippum & Brentium fraternitatem & societatem cum Cinglianis inire noluisse. An verò non tempestivum est, tunc erroribus sese opponere, quando publice in omnium sermonibus & opinionibus versantur? Num in tempestivius aut importunus vigil, siue excubitor publicus tibi videtur, qui igne subito exorto, aut hostibus irruentibus, non expectat, dum cœnati sint ciues, dum cubitu manè surrexerint: sed ipso cœnæ tempore, nocte intempesta, cum omnes ciues dormiunt, aut plerique, periculum præsens tuba inflata, aut clamore sublato significat? Non hoc modo dicitur, utrum Cinglianorum & Calvinianorum errores dammandi sint: sed multi hoc etiam postulant, ut ne vllus error, etiam quem ipsi pro errore fortasse habent, etsi verè repugnat verbo Dei, etsi labefactat fundamentum fidei, ut ne vllus, iniquam, error damnetur: sed publicæ tranquillitatis causa vni cuique liberum sit absque vllius, etiam Ecclesiæ ministri, reprehensione credere, quod vult. Certo cognoui, hunc errorem in libris tuis Turcicis esse: quanquam verè affirmare non possum, me tum, cum theses scriberem, & multis quibusque

que mensibus post, demum istud comperisse: cum amico
 cuidam dicerem, mirari me, quod tanto studio, quanto nul-
 lam meminissem, hanc causam ageres. Non mirandum est
 se ille respondit, quod eam credendi quiduis licentiam per-
 mitti in tuis libris Turcicis suaderes: & eo minus te ferre
 posse aiebat, ut hæc sententia publicè conuelleretur, quia alijs
 quoque ante me displicuerit, qui & priuatim te admonue-
 rint. Cum iste ergo error publicus nunc propemodum sit,
 putas tu, intemptiuum esse, eum publicè refutari, & hos
 homines simpliciores moneri, ne istam politicam sapientiam
 sibi patiantur persuaderi? Et ut concedam tibi, me nihil
 aliud disputatione hac ostendere voluisse, quàm Condem-
 nationis verbum non tam durum, neque à charitate Chris-
 tiana tam alienum esse, quin in formula Concordiæ reti-
 neri debeat & possit, qua de re tuum dubitabat Magistras
 noster: an non putas, me tuo testimonio probare posse,
 mihi licuisse, absque cuiusquam præiudicio meam sententiam
 publicè proponere? Hoc enim, opinor, mihi in Dis-
 putationibus & Declamationibus concedes, quod Iures
 consultis nostris præcipis & suades. Libro secundo Classis
 carum epistolarum, *Ἐὐδὲος* suppeditare iubes Doctorem Tup-
 pium declamatoribus, nostrorum temporum atque iudiciorum: &
Ἰσίδωρος actionibus, siue Poetica illa sint, siue historica, quia à no-
 stræ ætatis memoria remota sunt, istas *Ἐὐδὲος* nostrorum tem-
 porum atque iudiciorum præfers, quia magis mouent, magis-
 que sensus feriunt. Habet forum vrbs nostræ, inquis, mul-
 tas causas: tales breuiter proponere, & argumenta vtriusque
 partis vtrique declamatori suggerere, vtilissimum fore puto. Si
 hoc declamando licet facere, cur non & disputando? Ne-
 que metuendum puto, ut qui inter se litigant, in ipsas Scho-
 las irruant, & cum Declamatoribus aut cum Declamas-
 tionum

tionum præfecto expoſtulent, ſuam cauſam eſſe, quæ agitur. Non etiam Magiſtratus præiudicatum ſibi conqueretur, ſi duobus declamantibus, tertius ſuperueniat Palamon, & vel ſecundum alterutrum pronunciet, vel vtrunque, alterum altera de cauſa, malam cauſam defendere affirmet. Poſſem exempla Iureconſultorum noſtrorum afferre, qui de iſis quaëſtionibus, quæ tunc maximè litigioſæ erant, & quarum varia erat expectatio, ſuam publicè propoſuerunt & defenderunt ſententiam, abſque Magiſtratus iniuria: & Magiſtratus abſque ipſorum iniuria, non tamen ſecundum ipſorum diſputationes iudicium dedit. Quid quod & à Theologis Rheſtores tuos adiuuari vis eodem loco: & ſcio, tibi in exercitationibus non placere laudationem ſobrietatis, aut ebrietatis vituperationem, in quibus argumentis, omnes fermè diſerti eſſe poſſumus: ſed certas & magnas controuerſias explicari poſſitulas, qualis iſta, quam ego, ſi non declamationibus contrariis, diſputatione tamen publica tractaui & explicavi. Non utar ad deſenſionem meam illo Paulino, quo uti tamen iure optimo poſſem, ἐπισημί ἐνκαίρως, ἀκαίρως, inſta opportunè, importunè: puto enim me ἐλέγχω, ἐπιτιμῶς & πρᾶκλιῶς meæ adieciſſe, ita ut debui. & ut Paulus eodem loco præcipit, μακροθυμίας καὶ ἠδ' ἀχλῶ. Sed non utar, ne diffidere excuſationi & deſenſioni meæ iuſtæ & honeſtæ videar.

Deinde calliditatem & fraudem theſum, cum ex inſcriptione & titulo, tum ex definitione Damnationis, & theſibus multis, ac inprimis ex modo diſputandi, detegi ait pag. 105.

De inſcriptione & titulo iam reſpondit tibi: & fraudem omnem abeſſe demonſtraui: idem iam oſtendendum eſt in definitione Damnationis, & in alijs theſibus, & in modo diſputandi. Definitio autem mea Damnationis, duabus theſibus continetur, quarta & quinta. Sed, prius, quid in antecedentibus

dentibus quoque tribus requiras, consideremus. Et in omnibus quidem hoc reprehendis, quod charitatem definiendam in principio mearum thesium non putarim. Non enim de charitate, tanquam de simplici themate disputavi, in qua tractatione Definitio præmittitur: at in compositis quæstionibus, non semper necesse est definitionem asserere, maxime cum rei, de qua disceptatur, natura necessaria est. Cum disceptatur, an in plenilunio Eclipsis Solis fieri possit, non necesse est Solem definiri, nec cum de distantia Lunæ à terra, Lunam. Sed hanc reprehensionem omittere noluisti: ne scomma tibi periret: quod quam facetum tibi videtur, tam est à Christiana charitate alienum: tam copiosam scilicet & ardentem formam charitatis in me elucere, ut definitione non sit opus. Itaque descriptionem Pauli, quæ est in capite 13. epistolæ primæ ad Corinthios, propterea saltem percurris, ut ostendas, in me nullam philadelphiam, nullam charitatem fraternam & Christianam esse: & sub hac tiara Persica occultare possis Caluini iniquissimum de Augustana Confessione iudicium, & Bezæ aduersus veram doctrinam blasphema conuitia. Sed detegetur tibi hic pileus tam præclarus, & cuiusmodi tu, non lapides, ut me facere nugaris, sed lepram et scabiem sub illo occultes, manifestum fiet: cum in nobis quidem nihil non, etiam bene, vel mediocriter saltem dictum, in deteriore partem te rapere, in illis autem nihil non laudare, aut saltem excusare docebo, & Lectori iudicium relinquam, quarum te partium esse arbitrandum sit.

Sed percurram ego etiam descriptionem istam Pauli nam charitatis, eiusque exempla ex tuis istis Antipappis depromam. Quis enim non μακροθυμίᾳ te dicat, cum non ἐξ ἡ ἀγαπῆς, dum librum Concordiæ legas, dum de eo sententiam μακροθυμίᾳ rogeris: sed ad earum Ecclesiarum, quæ librum hunc μὴ.

ἤθελεν. iam approbârunt, damnationem tam cupide accurras? Quis
 non χησότησιν tuam prædicet, & benignitatem plusquam Mis-
 tionicam, in me collega tuo, lapsa, ut putas, erigendo: dum
 publice ad disputandū me prouocas, priuatim disputationem
 οὐ ζηλοῖ. am audire non vis? Quis autem ζήλην te arbitretur, aut eos
 rum autoritati inuidere, quorum nunc opera, in conficiendo
 tam sancto tamque necessario negotio, Elector Saxoniae uti-
 tur: cum omnium Doctorum odia concitas aduersus eos,
 οὐ πόρος. qui reformandam Vuitebergensem Academiam putant:
 πρῶτον. cum Chryfologo, Syllæ liberto, ipsos comparas: & in suspi-
 cionem auaritiæ eos adducere conaris? Nemo verò πόρος
 γένεσθαι te dixerit: qui animaduertat, te librum Concordiæ
 ἀκριτοῦ καὶ ἀδικαίου: qui intelligat, nouam te Damnationis
 definitionem tibi fingere, eamque mihi attributam exagitare,
 statum disputationis quoties libet, peruertere, disputationem
 ipsam procrastinare, & in edendo si non fraudem, culpam ta-
 μεν maxime reprehendendam admittere? Iam quis φουρέσθαι
 οὐ φουροῦν. te affirmet, qui tibi credat, vitium hoc in iuuenes tantum cas-
 dere, quibus tu quadraginta ipsis annis maior sis: neque con-
 sideret, quid sanctus senex Ignatius Magnesius scripserit,
 οὐκ ἀσχί- οὐ νεομένε καὶ ἀφρόντων, ὅτι ἂν θεῶν ἀνακείμενοι ἢ, ἀλλ' ὁ πῶν γνάμω
 μοιῶν. μοχθηρός, καὶ πεπαλαιωμένος ἢ ἡμῶν. Non ea, inquit, iuuen-
 tus facile contemni debet, quæ Deo consecrata sit, sed qui ma-
 la mente præditus est, licet prouecta sit ætate. Quis ἀσχίμοις
 te putet, tanta modestia, tanta lenitate, tam nullo cum fasti-
 dio tractantem me, vel Collegam, vel etiam aduersarium iam
 οὐ ζητᾷ. tuum? Aut quis quæ tua sunt, te quærere tibi obijciat, cum
 πᾶς ἐάν- Rectoratus officium hanc tibi necessitatem attulerit, & te in-
 τῆς. uitum in hanc arenam ego protraxerim? Nam quin æris tui
 dissolutionem hac scriptione per Hugonotos impetraturum
 te spes

te speraveris, non opinor negabis, & planior res est, quàm vt
 negari debeat. Neque *καὶ οὐτε λογίζεσθαι* dicam, qui lætæ maiestatis reum me facere cogitas, & non modò Professores Col- *οὐ λογίζεσθαι καὶ οὐκ ἔστιν*
 legas, sed ipsum etiam Magistratum, contra me excitas: quia *ἰσχυρὰ*
 ius videlicet iudicandi de controuersis religionis, ipsis eripio. *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 Neque verò fatereris, te *ἐπὶ ἀδικίᾳ χαίρειν*, si me in equuleo tor- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 toris, aut in rogo carnificis conspiceres: sed potius, cum quo- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 tidie contra librum Concordiæ, & contra autores eius nouas *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 criminationes audis, veritati congaudere vis existimari, & *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 veritatis amore excitari, cum in suspicionem inscitæ, auaritiæ, *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 ambitionis, crudelitatis, autores libri Cōcordiæ apud Ele- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 ctiores ceterosq; Principes adducere conaris. Iam manifestū *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 est, te omnia credere, quæcunque tibi contra me dicuntur, aut *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 contra istos Theologos, eaque chartis tuis festinanter illinere. *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 Quis autem non omnia sustinentem te admiretur, qui mox *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 destissima defensione mea sic exacerbatus sis, vt nihil in An- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 tipappis istis tuis omiseris, quod animo perturbato splendida *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 suggestit bilis, aut quod malè feriat adultores tibi submini- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 strarunt? Tot enim tua conuitia, ne vna quidem nauis vehe- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 ret, vt est in vetere prouerbio. Omnia suffert charitas, tegendo *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 potius & excusando, quàm detegendo & calumniando. Hoc *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 qui te nescit facere, consideret, quomodo & quam obrem le- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 uiticam disputationem mihi obijcias: de qua ipsa, si ita neces- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 sarium videbitur, acta aliquando testabuntur. Hoc libenter *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 fateor, victum fuisse ab illius clamoribus pudorem meum, ves- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 hementerque mihi doluisse, in tam celebri conuentu, nihil ab *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 aduersario allatum fuisse, quod rem ipsam vehementer spe- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 ctaret. Sed duæ causæ sunt, cur eam cites: primò, quia ei inter- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 roganti, Cinglianus essem, an Lutheranus: aliter enim se apud *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 hos quàm apud illos, Transubstantiationē solere defendere: *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*
 ego hominis ineptiā notaturus, ex ipsa disputatione hoc collis- *οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.*

πῶτα
ἐπιζῆ.

geret, iussi. Deinde, quia Iesuitæ quoque non permisi, ut extra terminos disputationis vagaretur: ita ut ne possis quidem Beutheri famulum excusare, aut meum disputandi modum reprehendere, quin Iesuitæ, tam præclaro victori, patrocineris. Omnia denique sperat tua charitas. Quomodo enim ista per omnes Augustanæ Confessionis Ecclesias disseminare aude- res, nisi sperares, omnes qui Calvinianam doctrinam hæc- nus auersati sunt, vna nominis tui autoritate commoueri & conuerti posse?

Primam deinde thesin vituperas, quod nihil pronunciet, & non thesis, sed problema sit & dubitatio ἀνὸς ἀποφάσεως. Si nihil aliud hac thesi efficio, hoc tamen consequor, ut definiti- onem à me petere non possis, qui statim profiteor & affir- mo, me non omnia, quæ de charitate dici possunt, explicare velle, sed certa quædam capita, quæ & commemoro thesi ses- quente secunda: in qua tu oxymorum inuenis mixtum cal- liditate & stultitia. De calliditate respondi iam tibi: stultitiæ autem exprobrationem, scis inter ea numerari, quibus vir bonus non debet commoueri, ut neque inscitia, deformitas, aut ignobilitatis conuitiis. Quomodo autem in ipsa ses- cunda quæstione mea ad hypothesin descendam, nam & hoc reprehendis pag. 196. in explicando modo Disputationis con- siderabimus. Quod eodem loco quæris, an omnes errores damnandos putem, & an verè tantum repugnantes omnes, an etiam φωνομύλιος repugnantes omnes? simpliciter respon- deo, Omnes damnandos puto, & singulos damnandos puto: omnes, inquam, verè, non φωνομύλιος repugnantes. Nam qui φωνομύλιος repugnant, non repugnant, ut συλλογισμὸς φωνός μύλιος, syllogismus non est. Maior autem, cur hoc quæras, aut cur me putes de his dogmatibus sentire, quæ videntur quidem, non autem sunt errores. Et frustra cervicem iactas pag.

pag. 198. tanquam præclaram aliquam victoriam adeptus, si mihi visus sis ita thesaurum hanc secundam correxisse, errores vere repugnantes, & ita correctam mihi concedas, Prius enim ostendendum tibi esset, de ijs qui videntur errores, non autem sunt, sensisse me, quod damnandi sint: quinimò etiamsi ostenderes, non verum aliquem errorem esse, quem ego pro vero errore habeo, nunquam tamen probare posses, me in his quæstionibus, de apparentibus, non de veris erroribus egisse aut agere. In tertia propositione, quæ est explicatio secundæ, hoc est, vtriusque Quæstionis, iudicem desideras: at hoc ipsum est, de quo controuertimus, An sine tali iudicio, & ante tale iudicium, Pastores possint damnare errores, & Ecclesiæ se ab alijs, errores pertinaciter defendentibus, per publicam Confessionem, possint se iungere? an lupo venienti in ouilla veste statim debeant resistere? an verò publico iudicio prius ostendere debeant, eum lupum esse, eique interea permittere, vt in ouili grassetur, & oues dispergat, mactet, laceret, voret? Præclaram verò Ecclesiæ conditionem, si mutire non audent Pastores, si non lupos in clamare, non resistere eis, non eripere oues audent, absque publico iudicio: maximè, cum illud vel sperari non possit, vel tanto interuallo post futurum sit, quantum lupis ad perdendos greges plerisque satis est. Cur enim vos, qui absque Synodi auctoritate damnari non vultis, ante Synodum dogmata vestra Ecclesijs obtruditis, idque clam, & in ijs Ecclesijs, ad vos quæ nihil attinent, sæpe etiam inscijs & inuitis Magistratibus, & contra fidem ipsiis datam & debitam?

Sequitur iam ipsa Definitio Damnationis: in qua hoc priusculum reprehendis, quod inter Refutationem & Damnationem non distinguo: cum refutatio fiat absque anathemate: damnatio absque anathemate esse non possit.

Sturmi, & non cum mea sententia pugnas, sed cum eo, quod tu ipse refutandum tibi sumplisti, nemo autem negat. Quis enim negaret tibi, priusquam falsus aliquis doctor, aut hereticus anathemate percutiatur, audiendum esse, refutandum esse, orandum pro ipso esse, multa cum miseratione, & ab inuitis tandem ad Damnationem & Anathema non procurrendum, sed descendendum paulatim esse, neque de eius emendatione desperandum, quamdiu uiuit: quis hæc negaret tibi? aut quis negauit vnquam? Ergo damnatio cum Anathemate, ad errantes pertinet, de qua ego non disputo: damnatio simpliciter, hoc est, improbatio & relectio, ad errores, & ad veros errores, verè, nõ apparenter repugnantes verbo Dei, et fidei fundamentum labefactantes. Neq; ego distraxi et diremi, quæ cõiuncta esse oportebat, damnationem & anathema: nõ enim anathema ad errorũ, sed ad errantium damnationem pertinet: sed tu *συνέδικας ἀπὸς ἀρχαίων* oportebat: damnationem & anathema errantium, cum errorũ damnatione: & nõ animaduertisti, aut oblitus estam subito eius, quod ex Chrysostomo cõtra te ipsum attuleras, Dogmata impia & ab hæreticis profecta, arguere **ET ANATHEMATIS ARE** oportet, hominibus aut parcendum, & pro salute ipsorũ orandum. Pag. 151. Deinde, huic vitiosæ cõpositioni, alteram statim addis, & ad meã Damnationis definitionem adiungis: Damnare est sese ab Ecclesijs tales errores pertinaciter defendentibus, per publicam confessionem se iungere. At istud, Sturmi, non ad definitionem Damnationis pertinet, cum eius sit consequens, & tempore posterius. Posteaquam .n. veritatis opinionem falso dogmati dempsimus diiudicando, refutando, monendo Ecclesias nostras: tum demum ab alijs illis Ecclesijs, nos per publicam confessionem se iungimus: illud Pauli sequentes: Tit. 3. 10. 11. Hominem hæreticum post vnã & alteram admonitionem fuge, sciens, quod

quod euerfus sit, qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Iam quod quæris, pag. 202. *Utrum Dijudicationem, Refutationem Monitionem, partes faciam, an species, an gradus damnationis,* non video, cur quærendum sit. Siue .n. partes sint, siue species, siue gradus, à te ipso in octuplici illa tua enumeratione, quæ mox sequit̃, enumerantur. Si ergo ostendero, tribus his capitibus, octo illa tua contineri: meam credo definitionem, meamque siue graduum, siue partium enumerationem, tibi probauero. Primus enim gradus, pag. 204. *ut omnis animi motus atq; affectio mala, odium, ambitio, auaritia deponantur & eradicentur, ut precario diligens, & assidua, ad ipsa Dei genua precedat, ne à Diabolo attentari nos patiatur, & ut cor mundum & purum in nobis creet:* hæc nō Damnationis propriæ *ἡσθησὶν ἡμῶν* sunt, sed omnium actionum nostrarum, qui Christiani sumus: & ego de hac ipsa re thesibus 22, 23, 24, 25. satis admonui. Qui sequit̃ gradus tres, secundus, tertius & quartus, cognitio videlicet totius cōtrouersæ, nostrorū argumentorum cum aduersarijs comparatio, distinctio verorum & verisimilium, necessariorum, & probabilium, verorū & falsorum: hi gradus quid aliud sunt, quàm ipsa Dijudicatio? Non enim sine his dijudicatio fieri potest: & cum primum Dijudicatio nominatur, ista statim tria per se intelliguntur. Refutationem, quam ego secundo loco posui, tu quinto collocas, & fateris post Dijudicationem sequi debere Refutationem. Rectè ergo adhuc enumeravi gradus Damnationis. Vis aut̃ in Refutatione produci auctoritates, primum Scripturæ, deinde Patrum: & tacite me pungis, quasi ego huiusmodi auctoritatib. destitutus, Brentij saltē aut Jacobi Andreae testimonijs nitar. Ego verò in prima defensione mea Brentij nullā auctoritatem tibi attuli, nullam etiam Jacobi Andreae: didici .n. ex Scripturis & verbo Dei petendas esse auctoritates in Ecclesia, Patrum scripta,

ut ve

vt veneror, ita non statim credo, quod ex eorum libris affer-
 tur, nisi vel apertis Scripturæ testimonijs, vel probabili ratione
 videam eos demonstrare, quod dicunt; quod aliter sentiunt,
 cum pace ipsorum & bona venia respuo. Hoc enim ipsi pri-
 uilegium legentibus scripta sua dederunt. Neque propterea
 tamen Patres Scripturæ postponimus, quod nos eorum testis
 monijs destituamur: nam & illa optima fide collecta à nostris
 Præceptoribus extant: & ab iisdem demonstratum, pessima
 fide aduersarios nostros eadē citare solere. Non ergo in infi-
 nitum illud pelagus scriptorum Patrum excurramus, in quo
 » facilius latere & occultare sese potest error: sed Scripturarū,
 » non quorumcunque proprijs, sed vtrorumq; communibus
 » autoritatibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione
 » concertet: vtriq; tanti ponderis molibus cedamus: vt consi-
 mili in negotio aiebat Augustinus. Et dolendum profecto
 est: cum plurimis & infinitis penè sudoribus & laboribus
 præceptorum & antecessorum nostrorum, effectum sit, vt ne
 ipsi quidem Pontificij Patrum autoritatem sine Scripturis vti
 gere amplius audeant, hunc eis gladium rursus à Calvinianis
 porrigi, vt etsi probatum aliquid sit ex sacris literis, nondum
 tamen credendum putetur, nisi Patrum quoque accedat au-
 toritas. Non autem frustra me hanc querelam instituire, non
 modo aduersariorum Catholici & Orthodoxi consensus,
 quos ita inscribunt, docent: sed multi etiam ex collegis nos-
 tris, recente adhuc memoria tenent, quid & à quo in publi-
 cis disputationibus cōtra me dictum fuerit. Refutationi sex-
 to loco subiungis Admonitionem Ecclesiarū, vt ego tertio:
 sed ante damnationem septimò postulas Synodum, & eam
 cuiusmodi velis esse, describis, non hoc tantum loco, sed plæ-
 risq; alijs. At istud, Sturmī, negotij nostrum est, possit ne
 damnatio errorum absq; Synodo fieri per Ministros, aut Mi-
 nistrum

nistrum in vnaquaque Ecclesia: Hoc te, hominem Dialectic
 cum & Oratorem, virum bonum, non oportebat pro con
 fesso, aut cōcesso ponere: sed rationes prius afferre, cur ita fa
 ciendum censeas, cur aduersarijs nostris ante Synodum per
 mittendum putes, vt sua dogmata nostris Ecclesijs obtru
 dent, & nos sine legitimo iudicio variarum hereſeōn accu
 sent: neq; ista facientes charitatem Christianam violent. In
 fra defensione tertia, præclarum Augustini locum afferam ex
 tom. VII. contra duas epistolas Pelagianorum: quo aperte
 ostendit Augustinus, ad damnationē errorum, rarissime Sy
 nodi authoritate opus esse. Sed tamen Synodum isthoc tem
 pore haberi modo & ratione bona, ego quoq; vtile esse puto,
 & tecum in ea parte facio. Quomodo autem haberi & cōire
 hoc tempore illa possit, non video. Scis, quid Philippus Mes
 lanchthon metuerit, cum Ihenenses Theologi Synodum per
 terent: quam sæpe in epistolis ad amicos, illud Gregorij Nas
 zianzeni ex epistola ad Procopium repetierit, pag. 329. Εχ
 μὲν ἔτως, εἰ δ' ἔτι ἀληθὲς γράψω, ὡς πάντα σὺλλογον, φένημι ἐπι
 κριτῶν, ὅτι μηδεμίαν Σαυὸδ ὀτέλῃ εἶδον χρηστῶν, τῆδ' ἄνισιν κακῶν
 ἢ ἑλλαρχίαι, &c. Has ego causas esse arbitror, cur nunc quos
 que minus vtile Principes putent, colligi Synodum: & ego
 tamen colligi illam posse optarim: sed non eo modo, quem tu
 in præfatione ad Pfalterium Conradi Heresbachij exposu
 sti. Vis enim ternis Pontificijs, & ternis Euangelicis, in singulis
 provincijs Circensibus Imperij, septimum adiungi ipsum
 quoq; Pontificiū: ita in tua præclara Synodo sedebunt iudices
 septuaginta, quadraginta Pontificij, triginta Euangelici: & de
 cem suffragijs, ante ipsam causæ cognitionem superiores iam
 sunt Pontificij. Postulas autē & in causa Sacramentaria Syno
 dum: conuocentur igitur eodem modo triginta Lutherani,
 I si tamen

si tamen inter nos triginta viri boni & idonei sint, qui neque
 ambitionem, neque avaritiam, neque motum aliquem animi ad
 deliberationem poterunt afferre: de quo tu pag. 101. & alias
 vehementer videris dubitare. Conuocentur & quadraginta
 Sacramentarii, ex Gallia, Anglia, Hispania, Italia, Heluetia,
 Frisia, Polonia: & ex his ipsis regnis suppleantur, quos nostræ
 Ecclesiæ dare, quales vultis, non possunt: an non præclara Syno-
 odus erit, & æqua, & charitatis studiosa? Hoc sub tua Syno-
 do, & sub charitatis tuæ pileo latet, quod fateri non audes. Istis
 tamen septem capitibus duo addis, quorum vnum omnem
 condemnationem tollit, mutato rursus statu cōtrouersie. Ais
 enim, pag. 206. *de conscientia non posse iudicium fieri, antequam à*
Spiritu S. detegatur, & citas ista ex 1. Cor. 3. ὁ ἀναγλωσσόμενος ὁ κύριος
εἰς ὅτι μὴ πρὸ κριτικῆς ἐστὶν ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐλθόν. Istis auto-
 ritatibus omnem damnandi potestatem soli Dño, & quidem
 in vltimo eius iudicio, attribuis: & ita his autoritatibus con-
 fidis, vt neges, pag. 207. *portas inferorum posse hanc Paulino pri-
 uilegio resistere: vllum Philosophum, vllum Dialecticum, vllum Ora-
 torem, vllum Theologum, vllum Papam posse refutare hanc Aposto-
 licam prescriptionem & παραγραφήν.* Cur igitur toties fateris, &
 concedis, errores damnandos esse, licet non errantes? Cur me-
 à dogmatum falsorum damnatione, quam inficiari non aude-
 des, ad hominum, & quidem, vt tu vis, innocentissimorum,
 persecutiones crudeles abstrahis? Paulus, inquis, non vult iu-
 dicari à Corinthiis, neque ab vlllo humano die, neque antequam
 Dominus veniat. Sed ista Apostolica prescriptio et παραγραφή,
 non ad Dogmatum damnationem, de qua nos agimus,
 pertinet, sed ad personarum existimationem & autoritatem.
 Quos enim personæ suæ iudices esse non vult: ad eorū iudicium
 de doctrina, in eadem epistola prouocat: ὡς φρονημοὶ λέγει
 γὰρ κρίνατε ἡμεῖς ὁ Φίλιππος 1. Cor. 10. Et Thessalonicenses eodem
 pacto

pacto iubet, omnia probare, quod bonum est, tenere. Si causa
 quaeratur, cur doctrinae suae iudicium permittat, personae non
 permittat Corinthiis, & quibuslibet Christianis: duplex haec
 adferri posse videtur: vna quidem, quia illud pijs necessarium,
 non autem hoc: altera, quia de doctrina sua certus est. Scio,
 inquit, cui credidi: & certos esse vult omnes Euangelij Doctores:
 Perliste in his, inquit ad Tim. quae didicisti, & quae tibi
 concredita sunt, sciens a quo didiceris, 2. Tim. 3. De persona
 autem sua & vita, in iudicium Dei non vult ingredi, licet non
 male sibi conscius, & immarcescibilem gloriae coronam ex-
 spectans. Haec vna distinctio, Sturmii, maximam tuorum
 Antipapporum partem euertit. Semper enim a Dogmatum
 iudicatione, ad personarum condemnationes dilaberis, & in
 ea ceruicem iactas. Sed non potest error damnari, quin &
 errans: non errans, quin statim lictor adsit, & carnifex, &
 rogos. Imò potest, sed a Christianis pacificis & mansuetis
 potest, a vera Ecclesia potest: a Pontificijs, ab Antichristis
 non potest. Tu ipse, qui me ambitionis, auaritia, crudelitas,
 & nescio quorum non scelerum damnas: qui te **CON-**
DEMNASSE missa epistola Scholarchis disputationem
 meam fateris pag. 89. nolles tamen, vt scribis, me a lictore ad
 carcerem, a carnifice ad rogam abripi, & lenta flamma paulatim
 ustulari. Et vt tu fortasse hoc non possis: omnem .n. ma-
 ledictioe vim ita in me effudisti, vt non dubium sit, ideo te
 mihi maledixisse, quia malefacere non potueris: non tamen
 ex tuis affectibus, & tuo ingenio omnes propterea iudicabis.
 Nihil exprobrandi causa scribo, verum tamen scribo. Saepe
 euenit, vt homines exteri ad nostrarum Ecclesiarum misericordiam
 confugere necesse habuerint. A quibus autem recepti
 sunt, quam illis mercedem retulerunt: aut palam turbas

excitârunt, aut pios Doctores, quorum charitate steterunt, iam mortuos in suspicionem pertrahere conantur probati sui erroris. Ergo isti, licet malam charitatis suæ mercedem re-
portant: re ipsa tamen ostenderunt, posse dogmata damnari,
& errantibus tamen omnem mansuetudinem, & lenitatem
& charitatem præstari.

Alterum, quod addis, est de Zizanijs non eradicandis, sed
sinendis vsque ad tempus mæsis. Obiter istud attuleras in
primo Antipappo: obiter ego quoque responderam, nemis
nem hanc parabolam de falsa doctrina, eiusq; refutatione in-
telligere posse, qui quod verorum Ecclesiæ Ministrorum
officium sit, intelligat. Nunc quia ipse Dominus Zizania in-
terpretatur filios Diaboli: & quia tu me dicis martyres Galli-
canos appellare martyres Diaboli: concludis, præclare vides
licet, errores propterea non esse damnandos. Filij Diaboli, si-
ue mali illius, dicuntur Zizania, per vsitatissimam Hebræis
metonymiam: quia ex Zizanijs oriuntur, vt filij regni ex bo-
no semine. Bonum hoc semen, verbum Dei esse, nunquam
negauerim: & si negarem, Petri testimonio cõuincerer: Res-
nati non ex semine mortali, sed immortalis, per sermonem vi-
uentis Dei, & manentis in æternum, 1. Pet. 1. Quin & ipsius
Domini authoritate, in præcedente apud Matthæum para-
bola, quam apud Lucam explicans Dominus, sic orditur:
Semen est verbum Dei. Sed an statim sequatur, Zizania fal-
sam doctrinam esse, quia semen bona doctrina est, id non
dum probatum est. Quinimò ipse Seruator Christus, qui
Zizania filios Diaboli interpretatur: in eadem interpreta-
tione, quos Diaboli filios intelligi velit, apertissimè docet:
non eos videlicet, qui doctrinæ sinceritatem corrumpunt:
quanquam & hi Diaboli filij sunt, & fures, & latrones: sed
qui

qui prava vita professionem Evangelicam dehonestant. Ait enim: Et colligent è regno illius, omnia offendicula, & omnes qui operantur iniquitatem. Quid nam, quæso te, apertius dici potuit, ut intelligeretur, Christum non de falsis dogmatis, sed de malis moribus, in hac parabola agere, quibus & ipsis, vera Ecclesia turpissimè coinquinatur? Neque hæc propterea assero, quasi contra me statim esset hæc parabola, si Zizania falsam doctrinam significarent: sed ut verum eius sensum, contra multorum pravam explicationem, ex ipsius Domini verbis defendam. Non enim probare posses, seruos istius Patris familiæ, significare Ministros Ecclesiæ: quemadmodum neque illud Domini, Nolite condemnare, & non condemnabimini, sublatam esse dijudicandorum in Ecclesia dogmatum potestatem, potes ostendere. Hæc igitur tua testimonia tria, quibus oppugnare definitionem meam Damnationis aggressus es, nihil te iurant, & afferri à te non debuerunt. Ostendi autem, septem illa capita, siue gradus damnationis, in definitione mea contineri: & quia hoc ostendi, minimè necessariū esse arbitror, ut præterea ostendam, sic damnare errores, quemadmodum hæc definitio docet, & improbare, *οὐδὲν ἄλλο* planè esse, & idem significantia.

Priusquam verò ad reliqua accedam: necessaria mihi hoc loco instituenda querela est de perpetua tuâ illa ignorantis Elenchi fallacia. Definitionem Damnationis proponis, eandem omnino cum mea: etsi in plures eam particulas minuis: atque ita nolens meam probas. Interim per vtrunque Antipappum, per singulas paginas, per singulas propè periodos, aliam quandam, et à me non modo non usurpatam, sed in prima Defensione mea, in ipsis thesibus meis reiectam & refutam, oppugnans & criminaris. Quorsum? Ut in odium & invidiam Lectoris me adducas: ut externæ Ecclesiæ arbitrens

tur, clasicum in nostris Ecclesiis contra ipsas cani, vt putent nos supplicij ipsorum delectari. Quando tu ista ex nobis audivisti? quando, cum allata ad te de nobis essent huiusmodi quaedam ab alijs, vt certo rescires, vt nostram excusationem audires, operam dedisti? Ego scilicet Martyres Gallicos, Diaboli martyres appellavi: ita enim ad te quidam, pacis & concordiae, & charitatis studiosissimi homines, detulerant. Nolo enim existimare, te saltem suspicari hoc, & quia suspicaris, propterea statim verum credere. Ergo dictum tibi est, me istos pro Diaboli martyribus habere, probare rogos Pontificios. Quis te hoc tam statim iussit credere? an non erat vel charitatis tuae, vel officij tui, a tam crudeli opinione me reuocare? Aut, si ego tibi nunquam me hoc dixisse, aut sensisse probassem, non tam faciles aures delatoribus quibusdam, publicae tranquillitatis hostibus, praebere? Ad Pontificios igitur te relego, quorum damnationes crudeles & sanguine plenas insectaris: hi tibi pro se respondeant. Ego enim nunquam hoc modo damnandos errantes censui, quem tu refutaueris, vt etiam septemplici illa diuisione explicaueris, et probaueris.

Sextam thesin concedis mihi, sed ita, si vera sit charitas. Mirum, ni ego sensi, falsam charitatem, nullius officium, aut munus vocationis tollere. Sed de ista tua praecleara correctione supra iam tibi satisfactum est.

Etiam septimam concedis, sed valde profecto maligne. Rursus enim tanquam ad rogam damnem, ita pro Magistratu tu postulas, vt misericordiam habere, & poenam lenire ei liceat. Quasi istud de Magistratu, non exempli causa allatum sit, sed ad disceptionem propositum?

Octauam emendas, meque reprehendis, quod non res rebus, aut personas personis comparauerim, sed Sophisticè hanc Analogiam commutauerim, & occultè ad hypochesin, & ad personas descenderim. Potius enim dicendum fuisse, Magistratus esse, gladio animaduerrere in crimina. Simile, inquiunt, non est idem: & hoc ipsum est, quod per omnem disputationem non obseruas: aliter videlicet damnare Magistratum, aliter Ministros Ecclesiæ. Hi enim errores damnant, siue praua dogmata: illi homines maleficos & nocentes. Quanquam non hos solum: sed ipsa etiam scelera damnant, propositis Legibus & Statutis. Hac parte non nego similiorem Magistratum esse Ministerio Ecclesiastico. Sed istud nunc non quæritur. Satis enim est, ostendere, vt Magistratum in suo munere non impedit, neque impedire debet charitas: ita neque Ministrum Ecclesiæ in suo. Non ergo in eo similitudo est, quid aut quomodo damnet alteruter horum: sed an à sua damnatione, quæ cuique peculiaris est, charitas alterutrum debeat abducere? Magistratus, inquis, potest misericordiam habere, & Luthero licet pro Scifelio intercedere apud Ioh. Fridericum, & hic Scifelio potest resignoscere. Ego autem vereor, ne sæpe Magistratus hac parte peccet, & ne hæc charitas vera sit. Sauli scio dictum esse, cum regi Amalecitarum Agago contra Dei mandatum percisset: Pro eo, quod abiecasti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis Rex super Israel, 1. Sam. 15. Achabo scio dictum esse, propterea quod foedus fecerat cum deuicto rege Syriæ Benhadad: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius, 1. Reg. 20. Ieremiam scio clamare: Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter, et maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Hæc Magistratibus dicta sunt. Sturmii, ne præpostera quadam charitate erga fontes moueantur,

antur, & curam publicè tranquillitatis abiiciant. Et hoc propterea moneo, ne tu rursus calumnièris (oportet enim ut scapham scapham nomine) me in nona theli affirmare, in sonites animaduertere, esse preciosum à vili separare, inter sanctum & profanum distinguere, mundum & immundum discernere, ἐπισομῆσαι τοὺς ἀνελέγους, πρῶτακτοις ἰσοδῶδες φοῖς non cedere. An non te pudet, hominem tanta ætate, tanta doctrina, tanta autoritate, huius tam rancidæ calumniæ? sed quid dico pudet? cùm super hoc fundamentum virulentissimam aliam calumniam superstruas, me duos Magistratus constituere, vnum Theologicum, alterum ciuilem: & in 26. & 27. thesi me primam tabulam mihi arrogare, secundam ciuili Magistratui committere, eumque ad primæ tabulæ curationem non admittere: iudicium de spiritibus, an sint à Domino, Senatui eripere, Conuentui Academico, & veteranis præceptoribus non concedere. Vbi autem ego duos Magistratus constituo? nam thesis nona, quæ tota est de Ministrorum Ecclesiæ officio, nihil eis attribuit, quod non ipsæ sacræ literis ipsis mandent. Vide & considera loca, quæ citauit: & ostende si potes, vel vnum ex his, de Ministrorum officio non loqui. Iam 26. & 27. nequaquam de Magistratu loquuntur, sed de Charitate: quod illa in omnibus hominibus, siue Magistratus illi sint, siue priuati ciues, siue Ecclesiæ Ministri, quod inquam in omnibus hominibus Charitas prius sese exerat & conspiciendam præbeat, in operibus primæ tabulæ, & hæc, secundæ tabulæ operibus longe antea ponat. Sed istam tu calumniam ex triuio abripuisti. Vulgò enim piij Ministri, opposcentes se Magistratum profanis mutationibus in religione, audire coguntur, quòd Magistratum in ordinem redire, & nouum aliquem Pontificatum introducere moliantur. An non putas, hac eadem calumniâ petitos fuisse Azariam summum sacerdotem, & cum eo sacerdotes

cerdotes Domini octoginta, viros fortissimos, cum Vzia regi sacrificaturo in templo Domini restiterunt, dicentes: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdos tum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusce modi ministerium: egredere de Sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam. 2. Par. 26. Equidem Magistratum custodem esse fateor vtriusq; tabulae Decalogi: sed in prima curanda tamen, aliud esse Ministrorum, aliud Magistratum officium, nemo ibit inficias. Dauid rex fuit et Propheta: neque propterea summum vsurpauit sacerdotium. Mose primae quoque tabulae cura mandata fuit: interim summus sacerdos erat Aharon. Non ergo, si in curanda prima tabula pii Ministri suum faciunt officium, propterea nouum quendam Magistratum debent videri velle affectare. Labia Sacerdotis, custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est, inquit apud Machiam Dominus cap. 2. b. 7. Et Paulus propterea Timotheum adhortatus fuerat, vt remaneret Ephesi, & denunciaret quibusdam, ne diuersam sequerentur doctrinam. 1. Tim. 1. a 3. eandemque ob causam Titum in Creta relinquerat, vt redargueret & dure increparet vaniloquos & seductores. Tit. 1. b. 5. c. 10. 11. d. 13.

Hactenus ad ea respondi, quae in meis thesibus, vel reprehendisti, vel emendasti: & ostendi, fuitiles esse istas reprehensiones tuas, & emendationes non necessarias. Sed restat adhuc quoddam non minimi momenti caput. Cum enim ego scripsissem, te non semel, sed bis, & tertio mihi interroganti, eequam thesin falsam esse putares, respondisse, omnes veras esse, nullam falsam: *veritatem in me desideras, & falso hoc à me poni dicis, & à te dictum esse negas.* Mibi verò quae causa esset mentiendi? Cur non metuerem inficiationem hanc tuam, nisi

verissimum esse scirem, quod scripsi? Quid autem me putas,
 non de ore tuo, sed de conscientia tua sentire: qui negare au-
 deas, quod dixisti, & mendacium mihi impingere: quod ipsum
 ita Sophisticè facis, ut si conuinci posses à me idoneis testimo-
 nijs, diuerticulum quoddam ad elabendum paratum haberes:
Non (inquis) *memini*. An memineris, nescio: quod dixeris, scio.
 3. Martij dixisti primo, eo ipso in sermone nostro, quo affir-
 mabas, videri tibi argumenta, quæ allata fuissent, plumbea.
 Excipiebam ego, Neque posse, mea quidem sententia, melio-
 ra afferri: esse enim theses satis munitas Scripturæ sacræ auto-
 ritatibus & rationibus. Ibi tu subiunxisti: *Verum est, theses verae*
sunt, sed multi eas aliter, atque tu, interpretantur, & contra scri-
bent. Cumque eadem hora domum te deducerem, idem domi-
 tuæ repetisti. Rursus post octiduum, cum in ipsa disputatione
 dixisses, quæ voluisti, neque mihi respondendi tempus cõcedes-
 res, affectatus ego te, in ipso adhuc Collegij nostri circuitu, in-
 terrogavi, Quasnam theses falsas putares, & verbo Dei repu-
 gnantes? Respondisti, non de thesibus agi, quas veras esse faci-
 le concederes, sed de meo proposito et instituto, & de aliorum
 hominum iudicio, quibus probare institutum meum non posse-
 sim. De meo instituto, inquam ego, nemo nisi Deus *καταλογισ-

σας*, ipsaque mea conscientia, rectè iudicabit: quapropter nihil
 moror, si thesibus meis, quas veras esse, & refutari verè non
 posse scio, aliena *προσποιήσεις* affingatur. Neque postea vllum tu
 ad me verbum, de ista quidem causa. Meliore ergo iure mes-
 moriam ego in te, Sturm, desidero, quam tu in me veritatem re-
 quiris. Posses ipse quoque veritatem desiderare: sed satis mihi
 est, ostendere, te oblitum eius esse, quod mihi dixeras. Ne ta-
 men nimis leni excusatione huius criminis uti videar, atque id
 ita tacitè agnoscere: hanc tibi conditionem fero, minimè opi-
 nior inhonestam, aut iniquam. Si tu tribus tuis Antipappis istam
 vnam

vnā mearum thesium falsam esse demonstrāsti, mentitus ego sim, neque mihi à viris bonis vlla in re deinceps credatur. Sin autem conatus tu hoc quidem es summis non modo Eloquentiæ, sed etiam iracundiæ & maledicentiæ tuæ viribus, nulla tamen mea ex verbo Dei prostrata thesis iacet: non ego mentitus sim, sed tu oblitus. Nam quòd post tentatas aliquas, reliquas mihi concedis, vt vel in foro scrutario eas vendam: nihil aliud hac tua *εὐφραπέλια* efficis, quàm quòd præceptum Rhetoricum non oscitanti Lectori in memoriam reuocas, quod iubet ea, quæ serio expediri non possint, per *ἀποδείξιν* quandam eneruare. Ita hac lenitate vtor, vt saltem oblitum te dicam sermonum tuorum, vt apertè tibi interea denunciem, si ista te dixisse perges negare, me deinceps non memoriam, sed veritatem in te desideraturum. Iuratus enim, si sit necesse, affirmare possum, te ista dixisse, & me ex te audiuisse: neque minor mihi meæ existimationis, quàm tuæ auctoritatis, qua ad opprimendum me abuteris, ratio esse atque constare debet.

Sequitur igitur postrema disceptatio nostra, in prima quidē parte: de modo videlicet disputationis meæ: quem et si præceptis Aristotelicis & exemplis constabillui: tibi tamen satisfacere non potui. Videamus igitur, quid contra attuleris. Primum, has mihi hastas ab alio amentatas esse ais, & ab ipso amentatore non intelligi, pag. 105. & 246. Quem intelligas, & quem petas, nobis quidem in hac Academia ignotum non est: eum videlicet, qui ante hac semper à te iudicatus & commendatus est, quòd præcepta disputandi Aristotelica præclare intelligas, & explicare quoq; alijs possit. Quid igitur mirum fuisset, si ego quoque, de modo disputationis à te tam acerbè obiurgatus, eum interrogassem, qui tuo iudicio disputandi præcepta eximie calleret? Et certè non nego, me per occasio-

nem de illis Disputationum præceptis cum ipso contulisse :
 has tamen hastas, quas contra te ex armamentario Aristotelis
 co eiaculatus sum, ille ipse neque suppeditauit, neque amentas
 uit. An verò si hoc ita esset, falsa propterea essent præcepta,
 » καθόλου εἶναι προσημνύς, μή τι μέγ' αὐτῶν, &, ὅταν τι μέγ' ἴδω
 » ἀφ' ἑξαι, μή καθόλου αὐτῶν. Et μή ὅς ποιῶ το ἄγ'ον, πρὸς ὃ εὐκρίσιος
 » μὲν ἐπιχειρημάτων. Ista præcepta, Sturmī, à me non rectè vsur-
 » pata esse, debebas demonstrare : non, à meo amentatore non
 intelligi, dicere. Quid autem, si tu non amentatores modò has
 pappis : sed etiam dementatores, qui tantam fore autoritatem
 tui nominis tibi persuaserunt, vt qualemcunque causam de-
 fendendam suscepisses, te patrono fidem apud omnes inue-
 niret : Sed ἐνθεοῖς tamen negare adolescenti opponenti non debui, si ad
 ὑπόθεοῖς descendere nolui. Iam aliquid dicis, quanquam quod
 dicis, pro te non facit. Ἐνθεοῖς Dialectici adhibent, primum
 in docendo, non in disputando : deinde, suo arbitrio ea vtuntur,
 non ad libitum, aut præscriptum discantis aut interro-
 gantis. Ergo ego quoq; in explicatione thesium, cum docen-
 tis sustinerem partes, ἐκθέοῖς vsus sum, explicata propemodum
 tota Arianorum historia. In disputatione, ea, quæ petebas
 tur, siue ἐκθέοῖς, siue ὑπόθεοῖς, neque necessaria, neque utilis fuit :
 id quod res ipsa ostendit, maximè cum hæc occasio ab ijs, qui
 subornauerant adolescentem, tam studiosè quæreretur. Sed
 rursus obijcis, me quod in disputatione recusauerim, in responsione
 mea nimis apertè fecisse. Quid verò faciam : Si intra limites legi-
 time disputationis, me ipsum, meosq; opposites derideo, ter-
 giuersari me dicis, & sub pileo charitatis lapides occultare : si à
 te toties prouocatus ἐπισημαίνω ὅσα μὴ δοκέ, τίθηναι ᾗ, rursus ne-
 scio quid criminari : deniq; ita comparato animo ad refutan-
 dum Defensionem meam venisti, vt nihil intactum ira tua
 relinere

relinquat, etiam in quo morem tibi gessi, & à te prouocatus sum. Sed sim ineptus disputator, quando tu ita vis, modo ne sim crudelis. Crudelis autem merito dicar, si aut ego in causa fui, vt adolescens opponens in carcerē ducere, aut non verum de ipso scripsi, quòd Calvinianorum opinionem dixerit ad sanguinem vsq; se defensurum esse. Cur in carcerem coniectus sit, Decanus & Visitatores eam, vt postea intellexi, causam habuerunt: quòd tam immodeste de Ministris Ecclesie, eorumq; cōcionibus locutus sit, & quidem falsissime. Non nego, si præsciuissem, conijciendū in carcerem, intercessissem pro eo, ne qua mihi inde inuidia conflaretur. Tu aut, non modo inhumanam illam pœnam fuisse scripsisti ad Scholarchas, Decani & Visitorum cōsilio nondum cognito: sed etiam ea ipsa conuitia, propter quæ puniendū esse adolescentem Decanus & Visitatores censuerunt, Antipappis tuis, tanquam præclara quædam emblemata, inseruisti. Et sic de Ministrorum concionibus scribis tu, qui quot annis quot conciones audieris, ipse scis, neque de illis ferme audis, nisi ab ijs, quibus iucunda ^{id vobis} sunt, calumniæ in pios Ministros. Iam quòd negat adolescens, se ista de Calvinianorum sententia dixisse, in mea manu profectò nō est, vt omnes, qui impudenter negant, quod semel dixerunt, à turpissimo mendacio possim abducere. Sed recte factum est: vt cuius tu adolescentis in turpissimo mendacio defensionem suscepisti, is se paulò post talem omnibus probauerit, vt merito te huius patrocini pigere & pœnitere debeat. Quæ enim eius vita fuerit, & qui mores, & quàm intolerabilis omnibus bonis, nemo iam apud nos nescit. Puto igitur, viros honestos mihi magis credituros, quàm nullius frugi adolescenti, aut tibi, qui fateris, te ab initio disputationis non adfuisse. Cur .n. tui illi, qui ad te omnia dicta, nō dicta, facta non facta referre solent, & qui

bus tam facile credis, cur illi ista quoque ad te non detulerunt? Sed de hoc ipsi viderint, & cogitent, Malum consilium consultiore tandem pessimum fieri. Hæc igitur de modo disputationis meæ.

Priusquam verò primæ huic Defensionis finem imponam: ad duo quædam mendacia adhuc respondendum mihi est. Quorum prius sapientissime repetis, me videlicet conatum esse Magistratui persuadere, quod non minus à Conuentu Academicico, quàm ab Ecclesiastico, potestatem habeam & mandatum, petendi subscriptionem. Pag. 88. 89. 94. 106. 177. 253. 256. Alterum, quod me cogitare iubes pag. 186. quid aliquando de Duce Christophoro Vuirtembergico senserim, & quid de Magistratibus, de Imperatoribus aliquando scripserim, & fortasse adhuc sentiam. Quæ ista, Sturm, est tam subdola accusandi ratio? Si de Principibus, de Magistratibus, de Imperatoribus aliquando scripsi aut sensi, non vt debui, quare illud non profers? quare nõ aperte accusas? cur intra suspiciones latere cupis? Subdolos calumniator, quàm apertus accusator esse mauis? Audi ergo quid respondeam. De primo mendacio, quia tu, quando Conuentus Ecclesiastici nomine, coram Senatu verba feci, ipse non adfuit, aio eum, qui hoc tibi persuasit, quod à Schola mandatum me habere dixerim, non boni viri officio functum, sed turpissimè mentium esse. De altero istud addo. Si tu ex te ipso de me affirmas, quod aliquando minus honorifice de Principibus, Magistratibus aut Imperatoribus senserim aut scripserim, aut adhuc hodie sentiã, & ita crimen male dicentiæ erga summos Ordines, & læsæ maiestatis mihi obijcis: tunc ad necessariam defensionem mei honoris, et ad propulsandam hanc tam impudentem, & mihi periculosissimam futuram calumniam, vicissim dico, te vanissimū ea in re nugatorem esse: quia tu nunquam, ex me talia audiuisti, vel in scriptis

scriptis meis legisti. Si verò ex aliorum relatione ista habes, ipsæ nimis temerè credidisti: similiter respondeo, eos turpissimè de me mentiri: & nisi videri volueris, quòd tu ex te ipso ista confinxeris, vt ita me apud magnos & potentes Principes inuisum redderes, & periculum aliquod mihi creares: nominabis mihi illos calumniatores, vt defendere famam meam aduersus illos queam: si nò nominaueris, ipse sigmenti huius author habebis.

Ita igitur primam hanc Defensionem meam concludo, vt satis perspicuè demonstrasse mea confidam. 1. nihil me in publica Disputatione mea, contra Academiæ Leges admisisse: 2. eandem de charitate & condemnatione Christiana, præcipuorū Augustanæ Confessionis Theologorum, tunc, cum ipsa scriberet Augustana Confessio, Philippi maximè, & Buceri, & Brentij, fuisse sententiam, quæ mearum est theseon: 3. eorū nullam mearum theseon falsam, aut verbo Dei dissentaneam esse: 4. modo etiã disputationis meæ vero & bono vsu esse: 5. longissimèq; abesse ab ijs criminibus, quæ per summam iniuriam mihi obijcis. Vnde efficitur, minimè tui officij fuisse, huic disputationi meæ autoritatem interponere: præsertim, cum non meas theses, neq; meam *πεποιθησιν*, sed nouas, et à te ipso cõfictas theses, et falsam, falsoq; mihi imputatam *πεποιθησιν*, refutandam sumpseris. Quid enim tu aliud, tribus tuis Antipappis agis, quàm vt hominibus persuadeas, Cinglianos & Calvinianos, quia non errent, non condemnandos, hoc est, crudeliter inaudita causa interficiendos esse: At ego, quamuis illos errare, & de summis Religionis nostræ capitibus grauissimè errare, non nego: nullam tamen eius rei, meis in thesibus mentionem feceram, neq; illud probare, instituti fuit aut consilij mei. Damnationem aut, de qua egi, multò aliter, quàm tu interpretaris, atq; ita planè defini, vt tu definiendam contendis. Cum igitur crudelem illam

Damnas

Damnationem, quæ indicia causa homines innocentes necat, nunquam ego defenderim, neq; defendendam putem: frustra tu hac intercessione tua, cōcordiam, quæ paulatim inter Professores cōfirmari incipiebat, perturbasti: & nouarum rixarum, non mea disputatio, vt multi mihi libenter tecum imputarent, sed intempestiua tua intercessio, & falsa thesium mearum interpretatio, causa merito habenda est. Quod si verò ego in Defensione hac mea, modum, quem debui, non vbiq; seruauī, doleo equidem: sed & veniam facile me inuenturum spero apud eos, qui conuictorum tuorum multitudinem, acerbitatem & virulentiam considerabunt. Passus tamen sum, omnium obliuisci, quæ passus sum, & omnia deprecari, quæ feci, aut fecisse putor: modò veritas ipsa palmam obtineat, & vincat.

Iohannis

IOANNIS PAPPI,
DOCTORIS THEOLOGI,
TERTIA DEFENSIO.

De libro Concordiæ, & de Confessione Ec-
clesiæ Argentinensis.



Tsi neq; Illustrissimi Principes, qui de controuer-
sijs, quæ inter Ministros Ecclesiarum Augusta-
næ Confessionis agitatæ sunt hæcenus, explican-
dis, piam curam susceperunt, neque clarissimi
Theologi, quorû opera hoc in negotio Principes vsi sunt, de
fensione mea indigent: & vtriq; fortasse pro se ea tibi respons
debunt, quæ videbuntur necessaria: tamen, quia in criminans
do & suggillando isthoc Cõcordiæ negotio, maximam Ans
tipporum tuorum partem consumis, age mos tibi geratur,
& de libro Concordiæ quoque ea exponantur, quæ criminis
nationes tuas suspiciosas, & à Christiana charitate alienissis
mas esse ostendant. Existimo autem, quæ ad hanc rem per-
tinent, ad quatuor omninò capita reuocari posse. Initio enim,
etsi fateris te librum Concordiæ NON LEGISSE: tas
men & alias doctrinæ partes reprehendis, quas eo in libro
contineri audiuisti, tum illam præcipuè, quæ est de Vbiquis
tate. Deinde rursus Augustanæ Confessionis metuis, ne ea
hoc nouo Corpore doctrinæ abrogetur: & Augustanæ Con-
fessionis, quatuor Ciuitatum Confessionem adiungis, quam
non minus, quàm Principum Confessionem, saluam esse cus
pis et incolumem. Tum, de exteris Ecclesijs vehementer so-
licitum te esse ostendis, ne quid eæ detrimenti, hac nostrarum
L Eccle

Ecclesiarum conciliatione accipiant, & hac in parte Principes quosdam atque Ordines Augustanæ Confessionis socios tibi asciscis, ne solus curam hanc sustinere videaris. Denique alias quasdam Confessiones, vt illam Ministrorum nostræ Ecclesiæ anno 48. vt Farelli, & Vireti, & Caluini, à Capitone & Bucero approbatam, vt tuam etiam peculiarem, tanquam Aiacis clypeum, libro Concordiæ opponis, easque idoneas putas esse, per quas Ecclesiæ omnes exteræ cum Germanicis conciliantur, et dissidia omnia tollantur. De his quatuor capitibus si tibi respondero, nihil præterea in Antipappis reliquum esse arbitror, quod refutatione indigeat. Nam quæ contra ipsos auctores formulæ Concordiæ effudisti, ea, quomodo cum charitate Christiana, cuius te patronum esse profiteris, consentiant, tute videris. Non recta via ingredi, aliud verbis dicere, aliud rectum animo habere, sua errata aliorum criminationibus tegere, abuti memoria rerum præteritarum, niti potius velle autoritate potentia, quam veritatis, in sua contentione & accusatorem esse velle & iudicem, priuatim suis affectibus indulgere, sua scripta & suas opiniones defendere, minoræ curam in religionis controversiis gerere Principum, non horum item, vt suam exaltationem & autoritatem tueri: hæc inquam, crimina hominibus pijs, & querentibus tranquillitatem Ecclesiæ obijcere non charitatis est, sed malevolentia, & odij, & inuidia. Negabis fortasse, te hæc eis obijcere, & aliorum has de ipsis suspiciones & querelas esse dices: quasi verò inter accusatorem & testem falsum, multum intersit: aut quasi tu non propterea istorum suspiciones et querelas recites, vt alijs persuadeas veras esse, et vt autores libri Concordiæ tales ab omnibus existimentur esse, quales tu eos suspicionibus & tuis & aliorum depingis. Charitas multitudinem delictorum operit, vt ex Salomone Petrus docet: sed tu non modo vera crimina non celas, sed etiam falsa, & vel ex suspicionibus nata, vel ab inimicis aspersa amplifica

plificationibus tuis exaggeras, & per falsa crimina, veram doctrinam suspectam facere conaris. Mirari autē satis nequeo, cum non modō tam multa de libro Concordiæ fama atq; auditione acceperis, sed tot etiam scripta ei libro opposita excuseris, tuisq; Antipappis inserueris, noluisse te tamen ipsi libro Concordiæ, quo de cōtrouertitur, tantum temporis tribuere, ut vel semel ipsum perlegeres. Scis vetus illud, μή τε δ' ἴκνη δ' ἰκνῶν, πρὸς ἡμᾶς οὐ μὴδ' ἄλλοις. Tibi autē eorum, quibus liber Concordiæ, alijs alias ob causas displicet, testimoniū sufficit, ut nō modo pro te credas, sed etiam alijs persuadeas, esse in eo quædam praua, & absurda dogmata: & neutiquam ferenda. Imō ea quoq; huic libro tribuere non vereris, quæ in eo apertissimè damnantur. *Opinor*, inquis, pag. 236. *hoc agi, ut clam in formulam Concordiæ, doctrina Illyrici de substantia hominis irrepat.* An tu opinari hoc posses, si primū libri Cōcordiæ caput legis: an tu opinari hoc potes, qui scias, quid cōtra hanc Cōcordiæ sententiā defendūt? An verò, cum quæ in Cæcellis Principū secreto scribūtur, ad te tamē perferūtur, ea quæ Antonius Otho, aut Marcus Volmarius ediderūt, ignota tibi esse potuerūt? Saltē amicū tuū Spangenbergium interrogasses, ecquid ipsi de libro Cōcordiæ videretur. Quē tu virū, quādiu in vrbe nostra fuit, non aliā certē ob causam amicitia tua et familiaritate dignum putasti, quā quod librū Cōcordiæ ipse quoq; licet alijs, atq; tu, armis oppugnat. Nā quæ de Illyrico eadē pagina addis, non magis ad me pertinet, quā quæ prius pag. 164. de Heshhusio scripsisti: neq; cum Heshhusius hospitium peteret, neq; cum Illyricus impetraret, in vlla ego parte vel Ecclesiastici vel Academicici Ministerij fui. Hoc tamen scio, minimè integrum tibi esse, per redintegratam proximis annis cum Doctore Marchio, concordiam, ut hæc, & alia huiusmodi, subinde moueas, & veteres contentiones reuoces. Deinde pag. 166.

eorum quoque testimonio vteris, quibus non placet Bergensium Theologorum sententia de libero arbitrio, de Lege, de Evangelio, eiusque definitione, de usu Legis, de descensu ad inferos: qua commemoratione quid quaeras, pag. statim sequente explicas: *Quomodo horum Theologorum postulata facile refutari possint, non video. At refutata sunt, inquis, Nescio, neque scio an illis sit satisfactum, qui hæc corrigi postulant.* Et rursus: *Video hæc refutare esse difficile, et longioris temporis.* Hoc igitur agis, Sturmii, ut nullum libri Concordiæ caput non in suspicionem falsi dogmatis adducas. Et certè ea capita quoque in suspicionem hoc loco, & his verbis vocas, de quibus mihi pag. 163. concesseras, *ita illa explicari posse, ut nulla inter nos sit controuersia.* Cur ergo eorum tu testimonio, libri huius doctrinam oppugnas, quibus in eo ipso postulato, quod citas, minimè assentiris? *Quomodo enim assentireris, qui cõtinenter mihi obijcis, quod in alia fuerim sententia de libero Arbitrio, et de Prædestinatione, in perturbata schola nostra, que extitit anno 61. in classe, ut opinaris, secunda, cum contra Prædestinationem et seruum arbitrium pugnaſse me dicis, et assueraſse, Lutherum librum suum de seruo arbitrio condempnaſse.* Vide, quam libenter credas calumnijs, vide cuiusmodi illi homines sint, qui talibus rumusculis aures tibi demulcēt. Ego anno 62. demum ad hanc Scholam veni, ipsisque Cal. Aprilis, eius anni à te, & à D. Christiano Herlino, vna cum fratre meo Andrea examinatus, & ad primam classem deductus sum. Sed neque 62. anno, neque in prima classe, contra Lutheri de seruo arbitrio librum, quicquam disputavi, neque sanè per ætatē (eram enim tunc puer annorum quatuordecim) de ijs controuerſijs, que tunc agitabatur, iudicare potui: ut, etiam si aliquid à me tunc dictum aut factum fuisset, quod libri illius Lutheri auctoritati posset detrahere, minimè tamē id mihi debeat obijci.

Et si autem omnia libri Concordiæ capita suspecta red-
dere

dere conaris, vt modo ostendi: tamen in duobus illis, quæ sunt de Cœna Domini, & de persona Christi, potissimum est laborandum, & Vbiquitatem, quam tu, tuicq; similes, odioso hoc vocabulo nominare soletis, totis eloquentiæ tuæ viribus oppugnandam putasti. Quia verò religio Christiana nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus ac potentiæ consistit, vt fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in potentia Dei: age colores illos Rhetoricos, quibus Vbiquitatem deformas, paulisper à re ipsa seceramus: vt quantum ponderis amplificationes illæ tuæ, & exclamationes plusquam Tragicæ habeant, videamus. Ac in initio, considerandum est, qualem tu Vbiquitatem oppugnes. Sapissimè enim euenire solet, vt cum verum dogma aliquod euerti argumentando ab aduersarijs non potest, quemadmodum nullum sanè potest: tanquam pro Iphigenia ceruam, vt est in Poëtarum fabulis, sic pro vero illo dogmate, falsum aliquid & absurdum substituunt, idq; non aliter omnibus ingenij viribus oppugnent, quàm si id acerrimè defenderetur. Vbiquitatem ergo, quam non tam refutandam, quàm exagitantam tibi sumpsisti, ita describis pag. 161. quòd Christũ sua carne & sanguine, in Cœna esse posse non putemus, nisi descendat e cœlo, & vbicq; sit, vbi sacra Cœna administratur, LOCALITER. Quid enim aliud sibi volunt ista verba, quibus distinctionem inter absolutam & respectiuam Omnipotentiam, qua ego tamen non eram vsus, refutas? Tamen si, ais, Sacramentaliter vbicq; esse, & vbicq; esse realiter, plurimum inter se differunt: tamen vbi Sacramentaliter est, ibi localiter non est, vt constat ex articulis Concordiæ. Quòd si istud est, certè in suo loco residet, sedens ad dexteram Dei omnipotentis, in gloria Patris: neq; opus est, eum suo corpore, ante extremum diem descendere, què admodum ascendit. Et magis tu ipse negas omnipotentiam Dei, qui

86 Defensio III. D. Ioannis Pappi,

sua carne & sanguine in Cœna esse posse non putas, nisi descēdat, quā
 Oecolampadius, qui dicit, sedentem in cœlesti gloria, posse absq; descen-
 su, virtute sua substantiali, & virtute Ministerij sui, in Cœna sua,
 carnem & sanguinem suum, æquē atq; in terris fecerat, discipulis suis
 communicare. Atque ego, Sturmi, neq; vt e cœlo descendat,
 necessarium esse, neq; localiter vbiq; esse corpus Christi pu-
 to: sed tu hoc mihi, nostrisq; Ecclesijs falso tribuis: nostra au-
 tem breuiter hæc est sententia & confessio. Aduersarij nostri
 hoc præcipue argumento negant, verba institutionis Cœnæ
 καὶ τὸ ὄντως accipiēda esse, quia Christus corpore suo sursum
 ascenderit ad certum locum cœli, quem ipsi appellant Dex-
 teram Patris, neq; inde descendat ante extremum diem: &
 corpori Christi veritatem humanæ naturæ detrahi conque-
 runt, si id in sacra Cœna, vnā cum pane exhiberi vescentis
 bus, & ab illis percipi affirmetur. Huic argumento vt respon-
 deamus, firmis rationibus, & ex Scripturæ sacre authoritate
 petitis ostendere solemus, Localitatem istam, ex qua ipsi con-
 tra præsentiam corporis Christi in sacra Cœna argumentantur,
 neq; Sacramenti huius rationi, neque cœlo, in quod Chri-
 stus corpore suo ascendit, neque corpori glorioso filij Dei
 conuenire. Quæ tria vt probemus, non longē abeundum
 est. Eucharistiam ex duabus rebus constare, D. Irenæus au-
 tor est lib. 4. cap. 34. terrena & cœlesti. Quas duas res, D. Aug-
 ustinus lib. Sentent. Prosperus explicat, terrenam quidem, vis-
 sibilem elementorum speciem, cœlestem autem, inuisibilem
 Domini nostri Iesu Christi carnem & sanguinem. Iam tu
 ipse, & recte quidem, affirmas, & ex articulis Concordiæ pro-
 bas, corpus Christi, vbi Sacramentaliter est, ibi localiter nō esse:
 se: quanquā non concedo tibi, vt inter Sacramentalē & rea-
 lem præsentiam sic, vt facis, distinguas. Hoc enim veteris &
 noui Testamenti Sacramenta differunt, quod Lex vmbra
 obtinuit

Sicut
 falsum

obtinuit futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem.
 Heb. 10. a. 1. quod illic umbra erat rerum futurarum, hic autem cor-
 pus Christi, Col. 2. c. 17, Nisi ergo à re ipsa ad figuras & typos
 rursus delabimur, non patiemur, ut Sacramentaliter & realiter
 adesse diversa sint. Quamquam qui presentiam corporis Christi
 in sacra Coena negant, sub hac *ὁμολογία* ut plurimum sese oc-
 cultant, quod Realiter & Localiter pro ipsdem accipiunt: &
 quia localiter corpus Christi in Coena non est, ne realiter quis-
 dem id adesse concedunt. Facessat igitur à Sacramentali
 corporis Christi in Eucharistia presentia, localitas, neque ad
 eam oppugnandam tam impertinenter adhibeatur. Corpus
 Christi in Eucharistia, coelestis res est, ut Irenaeus docet, non
 terrena, & inuisibiliter exhibetur, ut Augustinus admonet.
 Deinde, multo etiam minus Localitas ista, ex qua argumen-
 tantur, caelo, in quod Christus corpore suo ascendit, convenit.
 Cum. n. epistola ad Hebraeos testetur, nos habere Pontificem
 magnam, qui *PENETRARIT COELOS*, Iesum filium
 Dei, cap. 4. & *SUBLIMIOR COELIS* factus sit, cap. 7. cer-
 te caelum illud, in quod ascendit, & id, quod penetrauit, quoque
 sublimior factus est, pro eodem non possunt accipi. Differen-
 tiam autem utriusque caeli, nemo D. Paulo rectius explicaues-
 rit, qui ad Ephes. 4. sic ait: Qui descendit, idem est qui & ascen-
 dit supra omnes caelos, ut impleret omnia. Et prius cap. 1.
 vers. 20. & sequentibus: Deus efficaciam roboris fortitudinis
 suae exercuit in Christo, cum suscitaret eum ex mortuis, &
 sedere fecit ad dexteram suam in coelestibus, supra omnem prin-
 cipatum, & potestatem, & virtutem, & dominium, & omne
 nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, sed etiam
 in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit caput
 super omnia ipsi Ecclesiae, quae est corpus illius, complemen-
 tum eius, qui omnia in omnibus adimplet. Infinita po-
 testate,

testate, & æterna felicitate id cœlum definit Paulus, in quod
 Christus ascendit, non circumscriptione, aut inclusione certi
 alicuius loci, quæ animalis huius vitæ, *ἡμετέρας* est, non
 autem cœlestis illius proprietas aut perfectio. Quæ de re si
 amplius dubitas, ad primam epistolæ Bucerii ad Comandrum
 scriptæ partem, te remitto. Nam quòd obijcere aliquis vellet.
 Iohannis 14. cap. in domo patris cœlestis mansiones multas &
 locum commemorari: locum habere non potest, nisi eadem
 opera in cœlo, & domum materialem, & conclauia, quæ sunt
μοιρα, parietibus intergerinis distincta, collocare libeat. Su-
 perest, vt ne corpori Christi quidem localitatem conuenire
 ostendamus, ratione ascensus eius in cœlum, & sessionis ad
 dextram æterni Patris. Siue igitur corpus Christi eo modo
 consideremus, quo id è mortuis excitatum, ex animali spiri-
 tuale & gloriosum factum est, siue amplius etiam attenda-
 mus, corpus hoc, filij Dei corpus esse, & propterea maiestate
 præditum, locum nullum habebit Localitas. Corporis enim
 gloriosi proprietates siue dotes, non sunt vitæ huius animalis
 imbecillitates, quæ impediunt, quò minus ea, quæ magnitu-
 dinis rationem habent, vniuersa compleamus, quæq; a Paulo
 nominantur, 1. Cor. 15. *φθορά, ἀτιμία, ἀδύναμις*, corruptio vide-
 licet, ignominia & infirmitas: sed *ἀφθαρσία*, quæ est incorru-
 ptio, *δόξα* gloria, & *δύναμις* potentia: quæ non infinitam quib-
 dem faciunt corporum glorificatorum naturam, sed ab infir-
 mitate tamen & imbecillitate vitæ huius animalis liberant. In
 corpore autem filij Dei: non pars aliqua Deitatis ipsius inha-
 bitat, sicut neq; partem extra partem ea habet: sed tota eius
 plenitudo inest, testante id Apostolo ad Col. 2. & propter
 hanc inhabitationem ea, quæ nobis sunt magnitudo, & propter
 ipsa compleamus, Christo sunt puncti instar, & nullam ha-
 bent

bent magnitudinem: sed præsens ipse omnibus, omnia admis-
 nistrat, & gubernat. Hæc est illa tot calūnijs impetita, tot hæ-
 reseon rea, vt vos loquimini, Vbiquitas, nisi quod aperto Dei
 verbo stabilitur. Matth. 28. Data est mihi, inquit Seruator
 Christus, omnis potestas in cœlo & in terra. Data est autem
 ei, vt post omnes Patres, quidam etiam ex Aduersarijs, rei
 euidentia conuicti, fatentur, secundum eam naturam, qua
 minor est Patre. At idem ille, cui omnis potestas data est, fis-
 lius hominis, quid quæso subiicit: Et ecce Ego vobiscū sum,
 omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Et prius
 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, I B I
 sum in medio eorum. Secundum quam, quærat aliquis, nas-
 turam: Fortasse enim diuinam tantum. Respondeat pro nos-
 bis Apostolus: Vnus est mediator Dei & hominum, H O M O
 Iesus Christus. Mediator ergo noster H O M O Iesus Chris-
 tus vbi est? Respondeat ipse pro se, Vbicunq; duo aut tres
 congregati fuerint in nomine meo. Vbi verò congregantur
 duo aut tres in nomine ipsius? Qui per diuersitatem lingua-
 rum cunctarum Gentes in vnitae fidei congregasti, vt cas-
 nit Ecclesia: & vt Maleachi prædixit, Ab ortu Solis vsque ad
 occasum, magnum est nomen Domini in gentibus, & in om-
 ni loco sacrificatur & offertur nomini eius oblatio munda.
 Ergo ob ortu Solis vsq; ad occasum, & in omni loco est me-
 diator noster H O M O Iesus Christus, non omnia ipse localis-
 ter implens, sicut nec Diuinitas vbiq; est tali ratione, sed om-
 nia præsens ipse habens præsentia, & à nulla creatura separa-
 tus aut distinctus.

Iam posteaquam veram Vbiquitatis Christi Domini &
 Seruatoris nostri rationem explicauimus & asseruimus: vis-
 deamus etiam, Sturmii, argumenta, quæ in contrariam par-
 tem affert. Primum locum ei tribuemus, quod ex Iezechielis

primo capite affers. *Sursum enim me aspicere iubes* pag. 178. &
intueri hominem, filium hominis, hoc est, filium Dei Iesum Christum,
in solio & throno suo sedentem, & ibi quærere dexteram Dei in glo-
ria, & non ubiq; quærere Christum, qui illic solium, & thronum, &
sedem suam habet. Sed qualis hæc est argumētandi ratio: Chris-
tus non est ubiq; quia sedet ad dexteram gloriæ æterni Pat-
tris? An non multo rectius & verius nos argumentamur:
Christus sedet ad dexteram gloriæ æterni Patris corpore suo.
Dextera autē hæc, nullo loco, aut termino corporeo finitur.
Ubiq; ergo Christus est eodem suo illo corpore. Quā cōclus-
ionem quicunq; negat, is manifestō dexteræ Dei partem ex-
tra partem tribuit, eoq; & finitā facit, & corpoream. Si. n. ali-
cubi dextera Dei est, ubi Christi corpus nō est, diuisa iam ipsa
dextera Dei est, ideoq; & potentia & magnitudine finita. Vn-
de, quæ & quot absurda sequantur, si quis disertus esse vellet,
facilimè posset explicare. An tu verò, Sturmī, ignem illum rotæ
nube mic autem & emicantem, pellucidum illud Hæmal in nube, cir-
cum nubem, circum solium, circum animalia, ipsa animalia, & illorū
inter se connexionem, & necessitudinem, rotam illam $\tau\epsilon\rho\epsilon\alpha\tau\epsilon\pi\omega\chi\eta\varsigma$,
& aspectum rotarum $\theta\alpha\rho\sigma\iota\sigma\mu$, & rotam in rotæ media, ipsam etiam
altitudinem rotarum, horrorem intuentium, lumina in ambitu rota-
rum, & canthos immensos: an tu hæc finitæ alicuius, & certo lo-
co inclusæ potentæ signa esse putas? An non in mentem
tibi venit, consimilis Danielis Prophetæ visio, qui in visio-
ne noctis vidit tanquam filium hominis adduci ad Antiquū
dierum, & dari ei potestatem, & honorem, & regnum, & om-
nes populos, tribus & linguas ipsi seruire, potestatem eius
POTESTATEM AETERNAM esse, quæ non aufere-
 tur, & regnum eius **NON CORRUPVTVM IRI**: quam
 potestatem Nebucadnezar conuersus ad Dominum, supra
 ipsi Deo totidem verbis ascripserat, hac quoque appendice
 adiecta:

adiecta: Et omnes habitatores terræ apud eum, in nihilum reputati sunt. Neq; aliter de isthoc throno, quem tu localem facis, millia millium Angelorum in ipso illius throni circuitu explicant, Apocal. 5. voce magna dicentes: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Quin & omnem creaturam, quæ in cælo est, & quæ super terram, & quæ sub terra, & quæ in mari, & quæ in eis sunt omnia, ibidem audit Iohannes dicentia: Sedit in throno, ET AGNO, benedictio, & honor, & gloria, & POTESTAS IN SECVLA SECVLORVM, & quatuor animalia dicentia, Amen, ipsosq; viginti quatuor seniores mysticos cadentes & adorantes viuentem in seculis seculorum. Rectius ergo feceris, si cum primo Iezechielis capite primum, quartum & quintum Apocalypseos (sunt enim inter se planè gemina) contuleris. Facillimè enim ex hac collatione disces, thronum istum, ex quo tu argumentaris, non loci, neq; localis inclusionis, sed potestatis, & gloriæ diuinæ esse. Cum autem gloriæ & omnipotentiæ diuinæ nō minima pars sit, VBIQVE esse: certè eam naturam, cui omnis potestas & gloria data sit, vbique esse posse, atque adeò esse constat. Alterū deinde argumentū tuū, est ab autoritate Patrū, apud quos negas pag. 168. 191. 261. auctoritatem vnq; habuisse Vbiquitatem: & ne falso hoc videaris toties inculcare, pag. 212. locum quendam affers D. Hieronymi, quo vno omnes omnium veterum sententias comprehendi existimas. Non vtar hoc loco præfatione, qua tamen rectissimè uti poteram, de auctoritate Patrum, atque ipsius etiā Hieronymi, quatenus ea admittenda sit. Sed hoc solummodo ostendam: neque Hieronymi locum, quem citas, contra doctrinam nostram quicquam posse, & esse in ipso Hieronymo doctrinæ nostræ multa præclarissima testimonia, Propositum

sicūm est Hieronymo, lib. 2. contra Pelagianostom. 2. ostendere, non facilia, que madmodum illi alleuerabant, sed difficilia, atq; adeo impossibilia esse Dei mandata. Id tum multis alijs argumentis probat, tum isthoc etiam, pag. 287. tom. 2. a. quod ipsi Filio hominis apud Euangelistas quedam impossibilia fuisse dicantur: vt, amouere a sese calicem passionis, facere virtutes in Nazareth, latere in finibus Tyri & Sidonis, diem & horam scire vltimæ consummationis. Ista Hieronymus, & recte quidem, ad humanam Christi refert naturam: sed in hac ipsa, & carnis infirmitatem considerat, & passionem expendit, & dispensationis mysterium respicit, vt in similitudine earundem infirmitatum, non τῷ δὲ οὐκ ἐστὶν, sed verè filius hominis credatur Christus. Si hucusq; testimonio hoc Hieronymi vteris, nihil absurdi habet: sed neque contra nos facit, qui hæc ipsa non modo fatemur, sed etiam ex secundo ad Philipenses capite explicamus. Non ignoramus equidem, in eo capite, formam Dei, & serui, pro ipsa diuina & humana natura à plerisque Patribus exponi: sed & hoc scimus, eosdem maximo consensu ea, quæ mox de exaltatione Christi subiiciuntur, ad humanam naturam referre. Inde nos colligimus, cum eiusdem naturæ respectu, conueniens sit Christum exaltari, cuius ratione prius sese exinaniuerat formam quoque Dei, ὅτι τὸ εἶναι ἰσοῦ θεῶν, ad naturam humanam pertinere: maximè, cum Christus ratione diuinæ naturæ non recte dicatur esse in forma Dei, sed potius ipsa forma Dei, ἀπύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Neque vos argumentationem hanc nostram inuertere poteritis vt dicatis, quia priorē huius loci partē de diuina natura exposuerunt Patres, ideo & posteriorem eodem modo explicandam esse: quomodo enim Christus secundum diuinam naturam, qua est σὺνάδιος, ὁμοτύπος καὶ ὁμοθεῖος αἰδίου πατρὸς, exaltatus

exaltari potuit: Hoc videlicet sensu, testimonium istud Hieronimi tibi concedimus: quod cur tam altè repetieris, vt de libero arbitrio quoque autoritatem infereres, causam nullam video, nisi rursus pungere me volueris, tanquã malè de libero arbitrio sentientem. Sed lege librum Concordiæ, cui ego de omnibus capitibus assentior, & si quid contra id caput, quod est de libero arbitrio, habes, profer. Sed vt ad Hieronymum redeamus, nemo simpliciter vel tibi, vel Hieronymo concedet, quòd carnis infirmitas in Christo, mensuram fragilitatis suæ non potuerit excedere. Vel ista saltem Scripturæ testimonia perpende, & cum hoc Hieronymi pronunciato compara. Et vidimus gloriam eius (Cuius Verbi incarnati videlicet) tanquam gloriam vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritate. Ioh. 1. Et 3. **NON AD MENSURAM** dat ei Deus Spiritum, Pater diligit filium, & **OMNIA** dedit in manus eius. Et Col. 2. In Christo sunt **OMNES** thesauri sapientiæ & cognitionis absconditi. Cui nunc credemus, Sturmii, Hieronymone, qui negat carnis infirmitatem, mensuram fragilitatis suæ posse excedere: an Iohanni, verbum incarnatum plenum esse gratia & veritate, **NEQVE AD MENSURAM** accepisse Spiritum affirmanti, & Paulo, omnes sapientiæ & cognitionis thesauros in eo absconditi, in quo tota plenitudo Deitatis inhabitat corporaliter: Certè Iohanni & Paulolo credemus: ac ne ipse quidem Hieronymus, vbi ex professo hanc quæstionē tractat, repugnat, sed stultum esse ait, eius potentiam vnus corpusculi paruitate finire, quem non capit cœlum, & tamen eum, qui vbiq; erat, etiam in filio hominis totum fuisse docet. Verba eius in epistola ad Marcellã Tom. 3. pag. 138. d. hæc sunt. Extrema scheda continebat, vtrum post resurrectionem quadraginta diebus Dominus cum discipulis conuersatus sit, & nunquam alibi fuerit, an latenter ad cœ-

„ lum ascenderit, atq; descenderit, & nihilominus Apostolis su-
 „ am presentiam non negarit: Si Dominum Dei filium confite-
 „ deres, profectio nō ambiges, etiam ante resurrectionem sic in
 „ Dominico corpore habitasse Deum verbū, vt in Patre esset, et
 „ cœli circulum clauderet, atq; in omnibus infusus esset, & cir-
 „ cumfusus, id est, vt cuncta penetraret interior, & contineret
 „ paruitate finire, quem non capit cœlum: & tamen, qui vbique
 „ erat, etiam in filio hominis totus erat. Diuina quippe natura,
 „ & Dei sermo in partes secari non potest, nec locis diuidi, sed
 „ cum vbique sit, totus vbique est. Erat igitur vno eodemq; tempo-
 „ re, & cum Apostolis quadraginta diebus, & cum Angelis, &
 „ in Patre, & in extremis maris finibus erat: in omnibus locis
 „ versabatur, cum Thoma in India, cum Petro Romæ, cum
 „ Paulo in Illyrico, cum Tito in Creta, cū Andrea in Achaia:
 „ cum singulis Apostolis & Apostolicis viris, in singulis cun-
 „ ctisq; regionibus. Quod autem dicitur quosdam deserere, &
 „ non deserere, non naturæ illius terminus ponitur, sed eorum
 „ merita describuntur, apud quos esse, vel non esse dignatur. Et
 „ eodem tomo epistolæ ad Hedibiam, quæstione nona, pag.
 „ 148. d. Hæc dicimus, non quod alium Deum, alium hominem
 „ esse credamus, & duas personas faciamus in vno filio Dei, si-
 „ cut noua hæresis calumniatur: sed vnus atq; idē filius Dei, &
 „ filius hominis est, & quicquid loquitur, aliud referimus ad di-
 „ uinā eius gloriam, aliud ad nostram salutem, pro quibus non
 „ rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum
 „ exinanitiuit, formam serui accipiens, factus obediens patri vsq;
 „ ad mortē, mortem autem crucis, & verbum caro factum est,
 „ & habitauit in nobis. Hoc ipsum tomo etiam nono confirmat
 „ in fine Commentariorum in Matthæum, pag. 86. d. Illi pos-
 „ testas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tur-
 „ mylo,

mulo, qui mortuus iacuerat, qui postea surrexit. Eteodem
 tomo verba Apostoli Ephes. 4. quæ suprâ citauimus, sic ex-
 plicatur. Quod autem ascendit, quid, &c.) Exponit, cur dica-
 tur ascendisse, quem **NVSQVAM NON** esse non dubi-
 um est, secundum scilicet formam serui, ad quam non localiter,
 sed dignanter descenderat. Vt adimpleret omnia: gloria tri-
 umphantis, siue quæ scripta sunt, siue dum iam humanitas cū
 Diuinitate vnum effectum est. Disco ergo ex Patre Hierony-
 mo, filium Dei, qui vbiq; est, etiam in filio hominis vbiq;, &
 vno eodemq; tempore, in omnibus locis versari, cum singulis
 Apostolis & Apostolicis viris, in singulis cunctisq; regionis
 bus: disco, Christū ratione salutis nostræ, quā in humana sua
 natura operatus est, non arbitrātū esse rapinam, se esse æqualē
 Deo, sed semetipsum exinanīuisse: disco, ei omnē potestatem
 datam, qui paulo antē crucifixus fuerat: disco denique, **NVSQVAM
 NON** esse eum, qui ascendens in altum, captiuam
 duxit captiuitatem, eundem omnia adimplere, nō modò quæ
 scripta sunt de ipso in Mose, & Psalmis & Prophetis, sed etiā,
 quia iam Humanitas cum Diuinitate vnū effectum est. Hæc
 ego ex Hieronymo disco: tibi autem, Sturmi, proœmium eos-
 rum Dialogorum, quos citas, discendum fuerat. Testatur, n.
 illic, pag. 260. d. se non odisse homines, sed errores, nec aliquos
 tum infamiam quærere, sed magis dolere vicem eorum,
 qui falsi nominis scientia supplantantur: atque etiā om-
 nes, qui Catholicam sectantur fidem, optare & cupere dam-
 nare hæresin, homines emendari, aut certe si in errore volue-
 rint permanere, non nostram culpam esse, qui scribimus, sed
 eorum, qui mendacium prætulerunt veritati. Vides, Sturmi,
 Patre Hieronymum patrociniū suscepisse thesū mearū, &
 distinctionis meæ duplicis, quarum vna est de erroribus &
 errantiis

errantibus, altera de culpa, quorum vitio pereant ipsi errantes. Sed & aliud quippiam Pater te docebit Hieronymus, si
 "discipulus eius esse voles: Si quis autem falso se infamari cla-
 "mitat, & GLORIAMVR NOSTRA SENTIRE,
 "TVNC VERAE FIDEI PROBABILITATEM
 "SENSVM, CVM APERTE, ET ABSQVE
 "DOLO ADVERSA DAMNAVERIT. Minor
 "risq; peccati est, sequi malum, quod bonum putaueris, quam
 "non audere, quod bonum pro certo cognoueris, confiteri. In-
 telligis ne ex Hieronymo causam, cur nos, qui magnas & nec-
 cessarias quaestiones controuerti persuasum habemus, pacem
 vobiscum colere non possimus: & cur vos, qui animis tan-
 tum, & suspicionibus, non dogmatum contrarietate dissi-
 dum agitari clamatis, aperte & absque dolo, ADVERSA
 DAMNANDO, verae fidei assensum debeatis probare,
 & si verum est, quod profitemini, iuxta Augustini admoni-
 tionem, mentem tenere, linguam corrigere. Satis multa de
 Hieronymo, quem propterea credo e reliquorum Patrum
 numero te se legisse, quod ei *ὁμῶνυμῶν* ego patrem habuerim,
 tibi non incognitum: quippe cuius etiam amabiles mores
 commendas. Posses autem & plurimorum aliorum Patrum
 plurima citare testimonia: ni & ante me hoc tum multi alij fe-
 cissent, tum copiosissime etiam Doctor noster Marbachius:
 cuius tu libros ea de controuersia scriptos, scis a Magistratu
 prius iudicatos & approbatos esse, quam in publicum edere-
 rentur. Ergo neq; Scripturae, neq; Patrum autoritate, doctrina
 nam hanc VBIQVITATIS adhuc labefactasti. Sed ne
 apud Scholasticos quidem Theologos, ais, pag. 168. 191. 261. Vbiqui-
 tas locum vnquam habuit: Vbiquitati ipsi etiam reclamant Schola-
 stici: itaq; neq; in Generali, neq; in Nationali Concilio à te illa poterit
 defendi. Si quaeram, quomodo probes hoc, quod de Scholasticis
 afferis:

cis affers: rationem fat scio nullam aliam afferes, quàm esse il-
 lud à Iesuitis Ingolstadiensibus abunde demonstratū. Ideoq̃
 theses illæ Ingolstadianæ tanti à vobis fiunt, vt semel iussu
 Rectoris M. Efromi Vuitebergæ, & rursus Geneuæ, procu-
 râte Beza, sint recusæ. Affinis huic rationi & ista est, qua nūc
 multi vtuntur, semper nos professos esse, idem sentire cum
 Romana Ecclesia, non modò de Trinitate, sed etiam de
 persona Christi, & communicatione Idiomatum: nunc aus-
 tem nouam istam Vbiquitatis doctrinam ab ipsis Pontifici-
 eijs damnari & explodi, ideoque metuendum esse, ne hanc
 vnam ob causam pax nobis publica pereat. At ego stultus
 penè illi Vespertilioni credideram, qui vt rationem ineun-
 da scilicet Concordiæ demonstraret, scribere non erubuit,
 Vbiquitarios à Pontificijs maximis præmijs conductos esse,
 vt Ecclesias Germanicas paulatim ad obedientiam Romanæ
 Ecclesiæ reducant. Sed extra iocum, non diligenter legisse vis-
 dentur Augustanam Confessionem, qui Ingolstadianorum
 fulgore percelli sese aiunt. His enim verbis prior Confessio-
 nis pars clauditur: Hæc ferè summa est doctrinæ apud nos,
 in qua cerni potest, nihil inesse, quod discrepet à Scripturis,
 vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, Q V A
 T E N V S ex scriptoribus nota est. Ergo non simpliciter Ec-
 clesiæ Romanæ doctrinam suam iudicandam permiserunt,
 aut ei conformem esse prædicârunt, sed Q V A T E N V S
 ex scriptoribus nota est. Scriptoribus autem non ijs, qui
 Augustanam Confessionem secuti sunt, sed qui antecesser-
 runt, iam ante exhibitam Augustanam Confessionem, Lu-
 therum doctrina hac, ad refutandos Sacramentarios vsum
 esse, nemini est ignotum. Cur Christi corpus in sacra Cœna
 præsens sit, & verè exhibeatur, atque etiam percipiatur
 à vescentibus, hanc apud auditores nostros non contem-
 N tiosos

tiosos causam afferimus, quia ipse Dominus ita affirmaverit
 & quia sic Paulus etiam explicet per vocabulum *κοινωνία*:
 & quia novi Testamenti ratio non Symbolica aut typica, sed
 exhibitiva Sacramenta, atq; etiam ipsum sanguinem Christi,
 quo sancitum est novum Testamentum, postulat. Quando
 autem simplex & perspicua hæc doctrina, & consolatōis
 plenissima à contentiosis in dubium vocatur, & volūtas Ser-
 uatoris, ex impotentia eiusdem (non posse enim ne Deum
 Cœna administratur, adsit, Martyr et Beza scripserunt) refel-
 litur, necessario ad retinendā veritatē institutionis Christi, hæc
 quoq; dogmata explicanda sunt. Quod autē ad ipsos Scholasti-
 cos Theologos attinet, magna in ignoratione versaris. Nescis
 enim, inter Thomistas & Scotistas hoc quoq; vehemēter cō-
 trouersum esse, Vtrum idem corpus possit localiter esse simul
 in diuersis locis. Fusè tractat hæc quæstionē Ioannes Duns in
 commentario ad librum quartum Lombardi, distinct. 10. q.
 2. nos pauca quædam excerpemus. Hic, inquit, tenetur à mul-
 tis conclusio negatiua: sed diuersi diuersimodè probant: et post
 recitata aliquot doctorum, & sua quoque argumenta, Con-
 tra istam opinionem, negatiuam scilicet, hoc sufficit in gene-
 rali, quod quodlibet tenendum est esse Deo possibile, quod
 nec est ex terminis manifestum impossibile, nec ex eo im-
 possibilis vel contradictio euidenter concluditur. Et
 post refutata argumenta prius allata: Dico ergo ad quæstio-
 nem, quod est Maxima mihi certissima, quod Deo est possi-
 bile omne, quod non includit euidenter contradictionem, &
 ad quod non sequitur necessario contradictio. Hoc est huius-
 modi. Ergo est possibile Deo, vt patebit soluendo rationes.
 Dico ergo, quod Deo simpliciter est possibile, idem corpus
 simul facere in diuersis locis localiter: hoc patet ex intelle-
 ctu terminorum. Quod cum quodlibet concedam secun-
 dum

dum Maximam mihi notam, esse possibile, quod non inclu-
 dit contradictionem euidenter, nec aliquo authore asseritur
 includere: est istud sit huiusmodi, quia rationes quæ indu-
 cuntur ad probandum contradictionem, non videntur con-
 cludere, vt patebit respondēdo, Concedo simpliciter possibi-
 le Deo, idem corpus localiter simul esse in diuersis locis.
 Et quæstione tertia eiusdem Distinctionis, qua quæritur,
 Vtrum corpus Christi possit simul esse in cœlo, & in Eucha-
 ristia, conclusionem (affirmatiuam videlicet) certam esse
 cuiuslibet fideli ait: sed vnum modum ponendi esse talē, quod
 per conuersionem alterius in ipsum, possit illud corpus esse
 alibi, quàm in loco suo naturali, non localiter, sed Sacra-
 mentaliter, & hoc modo scilicet Sacramentaliter corpus Chri-
 sti posse esse alibi, & in pluribus locis. Sed hunc modum stra-
 tim refutat, & tandem sic concludit: Dico ergo, quod cor-
 pus Christi de facto hîc sit post consecrationem, vel conuer-
 sionem, & sub Sacramento. Non tamen sic, quin possit esse
 non per conuersionem, &c. Et forè illi, qui negant, Deum
 posse facere corpus suum in pluribus locis aliter, quàm per
 conuersionem sub Sacramento, negarent etiam hoc, nisi quia
 fides dicit hoc. De modo autem isto essendi, scilicet non quan-
 titatiuè, vel non dimensiuè, vel localiter, non video, si pos-
 set idem fieri in pluribus locis non sub modo naturali, quin
 etiam possit fieri in pluribus locis, cum in primo sint duo mira-
 cula, vnum scilicet in significādo præsentiam corporis hîc, &
 aliud in separando ipsum à suo modo naturali: in secundo tan-
 tum vnū. Sic ergo potest esse modo naturali, sicut sub Sacra-
 mēto. Atq; eadē planè ex Scoto repetit Gabriel Biel lectiōne
 46. per totum super Canonē Missæ. Audis ne quàm nō recla-
 mer Scotus, et qui eū sequūtur, vt etiā localiter idē corpus in
 plurib. locis simul constituat propter diuinā omnipotentiam:

quod tamen nunquam nos affirmauimus. Sed quid multis opuse est? An non Luthero probri vice à Toffano & alijs obijcitur, quòd ex Petro de Aliaco, quem Cardinalem Camera censem vocant, doctrinam suam de Eucharistia hauserit? Sed perinde vobis est, dummodo pestiferam matrem Vbiquitatem, inuisam toti orbi reddatis, quam vera & inter se consensanea de eius Patronis scribatis.

Priusquam verò ad quartum tuorum argumentorum genus accedam: non abs re fortasse fuerit, hoc ipso loco Disputationem illam, & Syllogismum nodalem de Omnipotentia Dei excutere. Sepissimè mihi obijcis, quòd falsò accusem exteras Ecclesias, negari ab ipsis diuinam Omnipotentiam. Quanquã non hoc ego scripseram, sed simpliciter admonueram, De Omnipotentia quoq; Dei inter nos controuerti. Sed esto, ita, vt tu vis, scripserim: quibus me rationibus mendacij conuincas? Ego non credere possum, inquis pag. 261. illum Dei Omnipotentiam negare, qui ex animo confitetur, Credo in Deum patrem Omnipotentẽ, qui sic orat, Omnipotens Deus, misericors Domine, oro te per filium tuum Dominũ nostrũ Iesum Christũ, vt mei miserearis. Qui hoc modo confitetur, hoc pacto orat, hic ne negat Omnipotentiam? Tu ne hunc audes dicere impiũ esse, & Dei inficiari omnipotentiam? Isthæc tuæ rationes sunt: sed vide, quàm multò rectius eas inuertã, Ego non credere possum, illũ Dei omnipotentiam credere, aut ex animo confiteri, Credo in Deũ patrẽ, aut verè orare, Omnipotẽs Deus, &c. qui affirmat nulla vi (ne diuina quidẽ) fieri posse, vt res creata sit vbiquis: et hoc propterea affirmat, quia assumit, corpus Christi rem esse creatã, quod facit in Orothe te suo Petrus Martyr Vermilius pag. 6. Neque firmum est argumentum, quo vtitur, Patres scilicet veteres, Diuinitatem Spiritus sancti ex Vbiquitate probasse: vnde corpus Christi, si vbique sit, non amplius creaturam esse, vel certè, Patres illos pro asserenda Spiritus sancti diuinitate non rectè arguunt.

argumentatos esse efficiatur. Aliter enim Vbiquitas Spiritui sancto, aliter autem corpori Christi attribuitur: illi quidē propter ipsam diuinam essentiam, huic autem propter vnionis hypostaticæ gratiam. Itaq; Spiritus quidem sanctus, primò & per se, & primo modo essendi per se, vbique est, ac propterea Deus esse probatur. Nulla enim alia ratio afferri posset, propter quam Spiritum sanctum vbiquē esse diceremus. Corpus autem Christi non ex sese, aut sua natura, sed ex vnionis gratia, vbiquē est: ne ipsam quoq; personam assumptam partiri, & diuisibilem facere, adeoq; duas personas constituere cogamur: quarum altera assumptam habeat humanam naturam, siue vnitam sibi, altera non habeat. Non, inquam, credo, illum Dei omnipotentiam ex animo credere, qui hoc filium Dei neget posse, quod ipse velle se in verbo suo edixit. Iam de pane benedictionis ipse Dominus pronūciauit, Hoc est corpus meum, & de vino benedictionis similiter, Hic calix noui testamentum est in meo sanguine. Sed nodalem quoque Syllogismum istorum hominum consideremus, an dilui possit. 1. *Omnia qua vult Deus facere, illa fieri necessarium est.* 2. *Quadam Deus non vult fieri, vt gloriam suam dare alteri, vt contradicentia simul esse vera.* 3. *Ergo quadam non fieri, necessarium est.* Ex quo efficitur, Deum non posse non facere, quæ vel facere, vel fieri velit. Ego tibi in isthoc Syllogismo, Sturmii, nodum ostēdam, sacrarum literarum subsidio fretus, sed non quem putas. Maiorem facile tibi concedo, Minorem quoque, præter illius partem priorem: ac proinde nec Conclusionem nego, nec eius Corolariū: neque vllō tamen adhuc nodo me irretitum esse sentio: sed te nodum in scirpo quære aio, & principium quærere. Cū enim facile largiamur tibi, Deum aliquam nō posse, vt Augustini verbis vtamur, quæ si posset, non esset omnipotens, vt peccare, seipsum negare, mori, &

his similia, quæ qui potest, non modo non Omnipotens, sed feruus etiam & mancipiū est peccati, mortis, & Satanæ: cum hæc inquam facile largiamur tibi, tuum iam est ostendere, ut corpus Christi vbiq; sit cum persona assumente, ex earum rerum censu esse, quæ diuinam potentiam minuunt, aut cum iustitia Dei, aut cum voluntate pugnant. Quamdiu hoc non probaueris, frustra nodalem istum Syllogismum iactabis, frustra negabis, istos Dei omnipotentiam inficiari, qui non concedunt, Christum id, quod in suo verbo promisit, etiam posse. Sed quid hoc est, quod tu in *hæc* Minoris propositionis tuæ, inter ea, quæ Deus non vult fieri, hoc quoq; commemoras, gloriam suam dare alteri? Metuo ego sane, ne quis hinc anguis lateat, ne quod prauū dogma hinc sese tanq; in insidijs occultauerit. Lego apud Iesaiam cap. 43. & rursus 48. Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meā alteri non dabo. Sed priore quidem capite adiectū video, Neq; laudem meam sculpsitilibus: posteriore aut hæc præfixa, Propter me, propter me faciam, ut nō blasphemem: utrobicq; aut profano cultui Idolorū opponi omnipotentia diuinam. Metuo igitur, ne quod apud Prophetam contra Idola dictum est, tu de humana natura assumpta in vnitatem personæ filij Dei pessimè accipias. Et certe commemorare tibi possem quendam tuum amicum, qui cum ex his ipsis verbis concludere vellet, Vbiquitatem gloriam esse diuinitatis, hoc quoq; argumento à me refutatus est, quod tibi non proprie agatur de Gloria Vbiquitatis, sed de gloria Inuocationis. Hoc cum negare ille non posset, subin-

» tulit Canonem Ephesini Consilij 8. Si quis audet dicere, al-

» sumptū hominem coadorandū Deo Verbo, & conglorificā-

» dū & cōnuncupandū Deum, tanquā alterū cum altero (nam

» Con syllaba superadiecta hæc cogit intelligere) ac non potius

» vna supplicatione veneratur Immanuelem, vnamq; ei glori-

ficationem

ficationem depēdit, iuxta quod verbū caro est, anathema sit. Hinc concludebam, si saluis humanæ naturæ proprietatibus, vnica supplicatione veneramur Immanuelē, vnamq; ei glorificationē dependimus, iuxta quod verbū Caro est: etiam saluis iisdem humanæ naturæ proprietatibus, vbiq; esse posse cū verbo assumente Carnem assumptam. Hoc est, quod considerare te velim, neq; gloriam Domini, Filio hominis attributam inter ea numerare, quæ Deus fieri non velit: meminisse enim te oportet eorum, quæ ex Danielis 7. & Apocalypseos quinto supra sunt allata, de gloria Domini, huic filio hominis data atq; concessa. Atq; hæc de crimine negatæ Omnipotentia, a quo quàm procul tu tua ista ἐκθέσει absis, bonis omnibus & pijs dñi dicandum relinquo.

Sequitur quartum argumentum tuum, siue quarta potius accusatio, *Esse videlicet Vbiquitatem matrem ἀπολατρείας, nõ futuram, nisi compefcatur, maiores calamitates parere. Et, esse Vbiquitatem fermentum, quo tota massa puritatis corrumpi queat.* pag. 135. 157. pag. 259. Si accusare sufficit, inquebat ille, ecquis erit innocens? Sed magno testimonio niteris, cum ἀπολατρεία Vbiquitatis facis filiolum. Sunt igitur Vbiquitatis duo magni nominis accusatores, tu, & cuius tu testimonio vteris: & accusatio est grauisima, Esse eam ἀπολατρείας matrem. Mirū, nisi ex vestra accusatione Vbiquitarios Pontificijs stipendias fecit Vespertilio ille, qui Reginae Angliæ tam manifeste adularatur, & sine ea pacē Germanicarū Ecclesiarū cõfieri posse negat. Sed non recuso, quin mala fide in tota hac defensione versatus esse debeã videri, si tu vel vnico argumēto, tam atrocem accusationem, non dico probãsti, sed probare conatus es. Nisi fortasse probationis loco tibi sit Declinatio Vbiquitatis Grammatica, quæ, vt saepe tibi repetēdum est, τὸ ἐμὲ ἑξ ἑστὴν ἔστιν ἄλλοις

illic enim tibi saltandum erat, cum Rhodi esses, ut ostendes
 res, de illis septem capitibus falsam esse nostrarum Ecclesiarum
 & libri Concordiæ doctrinam: & hoc apertis Scripturas
 rum testimonijs ostendendum erat, non iterationibus, gemis
 nationibus, commorationibus, expolitionibus, renouationis
 bus, quæ ab Oratoribus quidem non spernuntur, sed à Philo
 sophis, neq; ab his modo, sed à Theologis etiam, & omnis
 22 docuisti 4. Partit. Dial. 13. ornatus fucosi, & tumidi atq; inflati,
 23 in quibus idem sæpe dicitur, non probandi solum causa, ve
 24 rum etiam ornandi, & memoriæ gratia. Considerandum igitur
 25 tur est, ne ista ineptè adhibeantur, præsertim in disputationis
 26 bus. Non sum autem nescius, quibus absurdis Vbiquitariorum
 doctrina, totum fidei Christianæ fundamentum conuel
 lere dicatur. Sed quia hæc abs te præterita sunt, hoc quidem
 loco refutatione non indigent: ego autem tibi eorum, quos
 defendendos suscepisti, Symbolum fidei bona fide recitabo:
 non ut verba ipsorum sonant, sed ut ipsorum mens est atque
 animus, quem & scriptis suis quotidie produnt, & in disputa
 tionibus familiaribus non possunt tegere. Credo in Deum
 27 Patrem multipotentem, creatorem cœli & terræ, sed qui in
 28 semel creata rerū natura nihil vel velit vel possit immutare.
 29 Credo in duos Iesus Christos, vnum filium Dei vnigenitū,
 30 Dominum nostrum, qui neq; personam, neque maiestatem
 31 suam, neq; actiones realiter, sed nomin' etenus solum, com
 32 municat cum altero Iesu, concepto ex Spiritu sancto, nato ex
 33 Maria virgine, passo sub Pontio Pilato, crucifixo, mortuo, &
 34 sepulto, qui descēdit ad inferos, & die tertia resurrexit à mor
 35 tuis, ascendit in cœlum, vbi Physica locatione sedet ad dexte
 36 ram Patris, quæ est certus & determinatus locus, ex quo &
 37 venturus est, cum alter ille Christus Dei filius iudicabit viuos
 & mor

& mortuos. Credo in Spiritū sanctum, vicarium absentis ab
 Ecclesia filij hominis, Sāctam Ecclesiam Catholicam, sancto-
 rum communionem eiusmodi, in qua piorum liberi, ex ipsa
 natiuitatis prærogatiua, etiam ante Baptismū, sunt in Dei foc-
 dere, Remissionem peccatorum, Non carnis, quæ ad vitam
 æternam non alitur neq; sustentatur in sacra Eucharistia, sed
 animæ tantum resurrectionem, Et vitā æternam. Quibus tu
 hic exclamationibus & vociferationibus non vtēris? Sed be-
 ne, quod tu ipse, omnes istas Rhetoricas ἀνεπίθετες Repetitioni
 principij annumeras. Ostende, si potes, & si bonus es, quicquā
 in isto abominando & blasphemio Symbolo, falso imputari
 ijs, quorum tu causam ἐπιταρε πονηρός, τὰς λόγους λυμάλισα, defen-
 dendam suscepisti. Sed quia hoc ostendere non potes, cedo
 quintum tuum argumentum. *Lutherus cepit quidem hoc funda-
 mento in cōtrouersia de Cæna Domini vsi, sed abstinuit, neq; cogitas,
 quamobrem abstinerit. Imò tu non cogitas, quomodo in to-
 mum 8. Ihenensem Germanicū irreplerit, & cuius verba sint,
 quæ citantur. Vidi aliquando, & descripsi e Pfalterio cuiusdā
 M. Ioannis Galeni Vuitebergensis, qui hic studiorum causa
 vixit in Collegio Prædicatorum, anno 1563. sequentia verba:
 D. Philippus Melancthon propria manu scripsit hæc verba, de Sa-
 cramento corporis & sanguinis Christi in Dominica Palmarū, ante
 mortem, anno 1560. in libellum Doct. Maioris. Verum corpus & ve-
 rus sanguis exhibetur in pane & poculo. Questio iam oritur, quomo-
 do Christus possit esse corporaliter in Sacramento, cū idem corpus
 non possit esse in diuersis locis? Respondeo, Christus dixit, se affuturū,
 ergo verè adest in Sacramento, & corporaliter: nec querenda est alia
 ratio, verbum ita sonat: ergo necesse est ita fieri. Quod verò ad corpus
 attinet, Christus quādo vult, potest esse, vbicunq; vult: quare alia iam
 est sui corporis & nostri, ratio. De Vbiquitate non est disputandum in
 hac controuersia, nec Scholastici dicunt de hac Vbiquitate, sed reci-
 tant simplicem sententiam de corporali presentia Christi. Deitas neq;*

corpus neq; sanguinem habet, & est coniuncta humanitati Christi, &
 est ubiq; humanitas Christi coniunctissima diuinitati: & sunt Deitas
 & Humanitas in Christo inseparabiles, ergo Christi corpus & sanguis
 in Sacramento, eius q; actione, sunt ubiq;, iuxta verbum, Hoc est cor-
 pus meū, Hic est sanguis meus, Et, Ero vobiscū vsq; ad consummatio-
 nem seculi. Hoc igitur scriptum Philippi, dum conquiruntur
 ea, quæ memoriæ causa Lutherus in diuersorum amicorū li-
 bellos notauit, in illam quoq; congeriem irrepsit. Et nemo, qui
 in scriptis Lutheri et Philippi tres aut quatuor pagellas aliquā
 do legit, iudicare non potest, Philippi hunc stylum esse, non
 Lutheri. Neq; vllō alio testimonio, quàm isto suppositio &
 falso ostendi potest, Lutherum ab hoc fundamēto in contro-
 uersia de Eucharistia, quantū quidē ad ἑλεγχον aduersariorū,
 abstinuisse. Quamquam hoc ipsum testimoniū, nisi illa verba;
 De Ubiquitate nō est disputandum, &c. de monstrosa aliqua;
 & ab articulis fidei abhorrēte Ubiquitate accipias, de qua nec
 nos disputamus, se ipsum liquidō euertit. Nam & ante, & post
 hæc verba, vera de præsentia corporis Christi in sacra Cœna;
 deq; ipsa Ubiquitate, ex vnione personali resultante doctrina
 recitatur, vt cuius non contentioso manifestū est. Quàm ve-
 rō constanter doctrinam hanc Lutherus retinuerit & defen-
 derit, vel ex præclarissimo illo commentario, quo vltima ver-
 ba Dauidis explicauit, anno 1543, videre licet. Nos pauca inde
 delibabimus ex tomī 8. lhenensis pag. 147. & 148. Die stößet
 sich nun Fraw Kluglinge / die Vernüfft / vñ fragt / Wie
 kan Gott sein ewige gewalt von sich / einem andern ge-
 ben; Was behielt er selbs; ist doch proben gesagt / daß
 Gott Jesa. 42. spricht / Ich will meine Ehre keinem an-
 dern gebē / noch mein Lob den Götzen / sonderlich einem
 Menschē kan er sie mit gebē / der nit von ewigkeit gewes-
 sen ist / wie Gott / sonder hie zeitlich an zefangē / geborn /
 vñ sterblich ist / &c. Hierzu können wir Christen auß dem
 neuen.

newē Testament erleucht/richtig/deutlich vñ fein ant-
 wortē also/ Christus vnser Herr hat zwo Geburt oder
 zwo Natur/in einer vnzertrēnetē Person/den er ist ein
 Christus/nit wie der tolle geist Nestorij narret/zwen
 Christi. Nach der erste Geburt hat er nit zeitlich/son-
 der von ewigkeit her/vom Vatter empfangē die ewige
 Gewalt oder Gottheit/vnd der Vatter hat sie jm ge-
 ben ganz vñnd völig/wie er sie selbs hat von ewigkeit/
 nicht hat er sie jm also gegebē/das er sich der selbē berau-
 bet/oder entlediget habe/sonder dieselbige Gewalt/vñ
 kein andere/die er vō ewigkeit ganz vñ völig gehabt/
 vñ in ewigkeit behelt/hat er dem Son gegebē/dann es
 sind nit zwo Gottheit/sonder beider Per sonen ist ein
 einige Gottheit/vñ bleibet recht geredt Jes. 42. Ich wil
 meine Ehre keinem andern geben/noch mein Lob den
 Götzen/dan der Son ist kein ander Gott noch Götze/
 sondern mit dem Vatter ein einiger rechter ewiger
 Gott/2c. Nach der andern/zeitliche Menschliche Ge-
 burt/ist jm auch die ewige gewalt Gottes gegeben/
 doch zeitlich/vñ mit von ewigkeit her/Dan die Wēsch-
 heit Christi ist nit von ewigkeit gewesen/wie die Gott-
 heit/sondern wie man zelet/vñ schreibet/ist Jesus Wa-
 rien Son diß jar/1543. Jar alt. Aber von dem augen-
 blick an/da Gottheit vñnd Menschheit ist vereiniget in
 einer Person/da ist vñnd heist der Mensch Marien
 Son/Almächtiger ewiger Gott/der ewigen gewalt
 hat/vñnd alles erschaffen hat/vñnd erhelt/per commu-
 nicationem Idiomatum/darum das er mit d̄r Gotth̄it
 eine Person/vñnd auch rechter Gott ist. Davon
 redet er Matthei 11. Alles ist mir vom Vatter gegebē/
 Matth. ultimo/Wir ist alle gewalt gegeben im Himmel
 vñnd Erden/Wölchem Wir; Wir Ihesu von Naza-
 reth/

reth/Marien Son vñ Menschē geborē/ Von ewigē
 fait hab ich sie vom vatter/ eb ich Mensch ward/ Aber
 da ich Mensch ward/ hab ich sie zeitlich empfangen
 nach der Menschheit/ vnd heimlich gehalten bis auff
 mein Aufferstehn vnd Auffart/ da es hat sollen offens
 bart vnd verkläret werden/wie S. Paulus Rom. 1.
 spricht/Er ist verkläret oder verweiset/ein Son Gots
 tes kräftiglich. Johannes nennets verkläret cap. 5.
 Der Heilige Geist war noch nit/dañ Ihesus war noch
 nit verkläret. Testimonium hoc Lutheri, quāquam est lō
 giusculum, omittendum tamen non putauī, vt ex eo, quā Lu
 theri perpetua fuerit sententia, omnes rectius intelligerent.

De Bucero idem affirmas, quod de Luthero, eadem pagis
 na 191. *Nonne, inquis, obseruasti Bucerum etiam in epistola ad Co
 mandrum istud attentasse: sed postea dissimulasse, quo ad potuit: Cur
 istud quæso tam aperte de Bucero? Bucerus vt dissimulaues
 rit, quo ad potuit, quod non modo in epistola ad Comandrum
 sed in articulis etiam Francofordiæ scriptis, & in ipsa adhuc
 Anglia, in Exomologesi & Popsimonis scripta tā diligenter incul
 cauit. Sed tibi scilicet de Bucero affirmare licet, quod libet, dis
 simulasse ipsum quedam dogmata, quo ad potuit: nobis, quod
 ipse in Retractionibus suis de se ipso fatetur, meminisse non
 licet. Ad hoc etiā argumentū pertinet, quod pag. 146. scribis,
 Vbiquitatem in secundo Vuormaciensi Cōuentu à Melan
 chthone ad pedes authoris abiectā esse, eoq; tēpore ne hiscere
 quidē ausos, qui tam se regnare putant, & optimorū & prudē
 tissimorū Principū autoritate abuti cogitāt. Scilicet et hoc ad
 Philippi existimationem pertinebat, ne ignorarent posteri:
 Cū ei in illo Cōuentu, iussu Brentij, Lutheri liber πειρῶ
 ἐπιτῶ verborum Cœnæ, oblatu, ab eoq; petitu esset, vt
 paucas illius libri pagellas, quibus de Vbiquitate agitur, per
 legeret:*

legeret: tantum eum libro Lutheri honorem habuisse, vt ne aspicere quidem dignaretur, sed cū stomacho ad pedes eius, qui attulerat, abijceret. Hæc est illa Vbiquitas ad autoris pedes in conuentu Vuormaciensi abiecta à Melanchthone. Eiusdem generis est, quod sæpe repetis, post Melanchthonis, & Bullingeri & Caluini demum mortem, natã esse Vbiquitatem, pag. 180. Simulac Philippus Melanchthon diem suum obiit, erupisse Vbiquitatem, & cū antea in latebris sese occultaret, subito prodijisse, pag. 142. quæ ipsa quomodo inter se consentiant, tute videris. Lutherus hoc fundamento vsus est, Bucerus idẽ attentauit, missum est τὸ πᾶνταχθ̃ ad Electionem Augustũ, vt exhiberetur Academicis Saxonis, sed nõ est exhibitum, Vbiquitas in conuentu Vuormaciensi, ad pedes autoris abiecta est: & tamen non in latebris sese occultauit ante Philippi mortem, sed etiã post Philippi, & Caluini, & Bullingeri etiã mortem, nata demum est. Sed parũ interest, quã consentanea dicas, dummodò in Vbiquitatem quamplurima dicas.

Hæc sunt quinq; tua argumenta, quibus Vbiquitatem exagitandam putasti. Sed ne vllum caput libri Concordiæ sine reprehensione abiret, ne hoc quidem in eo tibi placere ostendis, quòd Syvenckfeldianorum errores damnantur. *Nondum illorum*, inquis pag. 230. *causa cognita est*. Sed vbi tua est memoria, Sturmi? An non in priore Synodo vrbs nostræ, Syvenckfeldius ipse auditus, & à Bucero, Capitone, Hedione, cæteris refutatus, & reiectus est? Quare in Cancellis scribarum nostrorum, an non anno 1548. cū publicam illerursus disputationem peteret, luctuosissimo non nostræ modo Ecclesiæ, sed totius Germaniæ tempore, hoc responsi à Magistratu nostro tulerit, satis videri ipsum auditum, & erroris conuictum. Ergo, quo ad nostram quidem Ecclesiam,

110 Defensio III. D. Ioannis Pappi,

Svvenckfeldianorum causa cognita iam dudum est. De alia
 rû Ecclesiarum iudicio, patieris opinor Bezam tibi satisfacere,
 cuius hæc sunt verba epistola 59. pag. 273. *Nulla est hodie
 Ecclesia, quæ non impurissimum Svvenckfeldium, ut planè detestabi-
 lem excretur. Ubiquitati tu obijcis pag. 182. quòd hominibus sese
 placere velit, quòd potentibus aduleatur. At tu caue, Sturm,
 ne vna hac sententia, placere aliquibus, & adulari tua charis-
 tas voluerit.*

Percurri hætenus ea, quæ in ipsis libri Concordiæ dogma-
 tibus reprehendis, aut in suspicionem vocas: & perspicue
 ostendi, nullo te neq; vero, neq; verisimili adeò argumento,
 vllum doctrinæ caput euertisse: illud autem omnium minis-
 me, in quo omnium maximè elaborasti, Ubiquitatem vides
 licet. Salua igitur doctrina libri Concordiæ est, & salui singu-
 lorum dogmatum articuli.

ALTERVM diuisionis nostræ caput erat de Con-
 fessione Augustana, tum ea, quam Principes, tum quam
 quatuor ciuitates, Imperatori Carolo quinto, in Comitijs an-
 na trigesima obtulerunt. Dicam de vtraq; perspicue & bre-
 uiter. In Principum Confessione articulus decimus, qui
 est de Cœna Domini, his verbis perscriptus fuerat ab'initio:
 De Cœna Domini docent, quòd corpus & sanguis Christi
 verè adsint, & distribuuntur vescentibus in Cœna Domini:
 & improbant secus docentes. Hæc autem appendix, E T
 I M P R O B A N T S E C V S D O C E N T E S, propter
 Cinglianos adiecta fuerat, nulla habita ratione intercessionis
 Landtgrauij, de qua supra cõmemorauimus. Annis aliquot post,
 mutatus est hic articulus à Philippo, illaq; appendix omissa.
 De Cœna Domini docent, quòd cum pane & vino verè ex-
 hibèantur corpus & sanguis Christi vescentibus in Cœna
 Domini. Quamobrem Philippus hunc articulum mutauit,

rit, & cur appendicem illam omiserit, nō meum est diuinare. Hoc tamen constat, post Lutheri mortem, & datam Ecclesijs Augustanæ Confessionis pacem publicam in Imperio, cœpisse Cinglianos, se quoq; eius Confessionis socios iactare. Quæ quidem gloriatio, eò vsq; peruasit, vt tandem non ij, qui Lutheri doctrinam retinent, Augustanæ Confessionis mentem atq; sententiam tenere dicantur, sed qui cum Helueticis & Gallicanis Ecclesijs consentiunt. Hoc inde probare nituntur, quemadmodum & tu, Sturmī, facis, quia verum sensum & sententiam nemo melius Melanchthone intellexerit, qui tamen postremis vitæ suæ annis, cum Bullingero, Caluino, & alijs eiusdem opinionis doctoribus, arctissimam amicitiam coluerit. Sed cuiusmodi hæc quæso est argumentatio: Philippus amicitiam postremis annis coluit cum Cinglianis, Ergo etiam primis annis, quibus Confessionem iussu Principum scripsit, non ipse modo Cinglianis fauit, sed omnes etiã Ecclesiæ Germanicæ non putauerunt illo tempore, errorem Cinglianos damnandum esse. Suprà ostendī, quæ fuerit Philippi de hac controuersia, publica sententia viuente Luthero: quæ omnium etiam Germanicarum Ecclesiarum tunc fuit sententia: & velim probari non posse, Luthero mortuo, aliter Philippum cœpisse sentire. Sed quid tu putas viros bonos, integritatis & candoris amantes, cogitare, quando in secunda Defensione Caluini aduersus Vuestphalum legitur: *Si Philippus verbulo declaret, me à sua mente defletere, protinus desistam.* Et in vltima admonitione ad eundem, fol. 23. *Ego, si remerè cōperior Philippi nomine abusus, nullas ignominiae notas recuso. Testimonia, quæ citat Vuestphalus, non est meum refellere, neque etiam moror, quid inter primos conflictus, & causa nondum clarè & dilucide explicata, homini ad negandum nimis tunc verecundo, quorundam instigatio extorserit, &c.* Et mox: *Solum quod dixi,*
 & qui-

& quidem centies, si opus sit, confirmo, non magis à me Philippum,
 quàm à proprijs visceribus, in hac causa posse diuelli. Etsi autem to-
 nitru, quod à violentis hominibus instabat, metuens (quid dicam, in-
 telligunt, quibus nota fuerunt Lutheri stabella) non tam apertè sem-
 per, quàm optàsssem, sententiam suam protulit: non tamen est, quod
 Vuestphalus aliud se agere simulans, obliquè eum perstringat, quasi
 mortuo demum Luthero cœperit ad nos deflectere. Nam cum ante
 annos septendecim de hoc capite doctrinæ inter nos contulerimus, pri-
 mo congressu nunquam Syllaba commutanda fuit. Item: Ceterum,
 de Philippo si adhuc ambigetur, an nō satis manum conferere videor,
 vt tacitus & securus eius vocem expecto? Hæc anno 1558. vitiens
 te adhuc Philippo Calvinus scripsit. Sed, vt dicere cœperam,
 non hoc quærendū est, quid postremis annis Phillippus sens-
 ferit, aut non senserit: sed quæ earum Ecclesiarum, quarū nos
 mine exhibita fuit Confessio, quæ ipsius Philippi, eodem
 tempore fuerit sententia, id quod supra copiose ostendi. Ne-
 que ipsi Calviniani negant, si prima Augustanæ Confessio-
 nis verba retineantur, & appendix illa, Improbant secus do-
 centes, non omittatur, non posse se huius Confessionis patro-
 cinio vti. Vtrum verò hanc ob causam articulus mutatus sit,
 & illa appendix omissa, nō meum est, vt dixi, diuinare. Quia
 aduertunt Illustrissimi Principes, & propterea primam Aug-
 gustanam Confessionem, eamq; non mutatam neq; mutila-
 tam, in isthoc Concordiæ libro repetunt: ad alias artes illi cōs-
 uertuntur, vt quoquo modo primam illam Confessionem in
 manibus Principum excutiant, & sub secūda, siue mutata, las-
 tere possint. Tu igitur ipsorum patronus, primam Augustan-
 nam Confessionem his elogijs ornas: Postulas, inquis ad me
 pag. 115. Augustanam primam Confessionem restitui, nulla facta
 emendatione, vnà cum ipsius Apologia. An non in ipsa Apologia,
μεταβολή,

μὲν ἐὰν ᾖ, hoc est, transsubstantiatio panis conceditur? Et tum ad-
 huc eleuatio Sacramenti Vuitebergæ recepta erat, cùm Apologia scri-
 beretur. Et pag. 146. An non rursus impanatio queritur, dū Apo-
 logia anni 31. reposcitur, an non eleuatio & artolatria in excelsis &
 in sacrarijs, & pompis veneratio extra vsum institutum? Atq; hoc
 ipsum pag. 168. repetitur. Et Ambrosius ille Vuolfius, qui cō-
 tra Patres Bergenses scripsit, ex professo hoc agit, vt persuadeat
 at hominibus, decimum articulū Augustanæ Confessionis,
 sic vt initio Casari exhibitus fuit, merè Pontificium esse: &
 propterea necessariam fuisse eius emendationem: sub qua
 scilicet Cingliani etiam latere possent. At multis & evidens-
 tissimis testimonijs ostendi potest, Lutherum decennio ante
 exhibitam Augustanam Confessionem, Transsubstantiatio-
 nem improbasse. Nā in libro de captiuitate Babylonica, quē
 anno 20. edidit, alteram captiuitatem Sacramenti altaris facit
 Transsubstantiationem, tom. 2. Ihenensi, pag. 362. b. Et quam-
 uis sequente statim permittit, qui uolet Transsubstantiatio-
 nem tenere: tamen hoc se agere testatur, ne quis se reum hæ-
 reseos metuat, si in altari, uerum panem uerumq; uinum cre-
 diderit. Et pag. 267. a. transsubstantiationem enumerat, inter
 nugas metaphysicas. Quin & in libro contra Regem An-
 glia, biennio post edito, hoc ipsum, quod permiserat, aperte
 retractat his uerbis, pag. 528. b. Quare ne ingratus sim magis
 sterio Domini Henrici, nunc muto, & transsubstantiare uolo
 meam sententiam, & dico, Antea posui nihil referre, sic siue
 sic sentias de Transsubstantiatione: nunc autem uisis rationis
 bus & argumentis assertoris Sacramentorum pulcherrimis
 decerno, Impium esse, & blasphemū, si quis dicat, Panē trans-
 substantiari. Catholicum autem & pium, si quis cū Paulo di-
 cat, Panis quem frangimus, est corpus Christi. Octennio igitur
 tur aut decennio ante Confessionē, Transsubstantiatio Vuit-
 tebergæ

tebergæ locum amplius non habuit. Eleuatio autem Sacramenti, etsi diutius in vsu mansit, ita tamen explicata fuit, vt ἀπολαυσίας, aut uenerationis extra vsu institutum, nullum fuerit periculum. Ita enim de Eleuatione Lutherus, eo ipso libro, quem modo citauit, de captiuitate Babylonica pag. 269. a.

» Idem facit, quod Sacerdos mox consecrato pane, & calice,
 » eleuat eundem, quo non sese offerre aliquid Deo ostendit,
 » cum nullo verbo tum meminerit hostiæ, aut oblationis. Sed
 » est & id ipsum vel reliquum ritus Hebraici, quo leuabantur,
 » quæ cum gratiarum actionibus accepta Deo referebantur,
 » vel admonitio nostri, quo prouocemur ad fidem testamenti
 » huius, quod tum uerbis Christi protulit & obtulit, vt simul &
 » signum eiusdem ostendat, & oblatio panis propriè respōdeat
 » huic demonstratiuo, Hoc est corpus meum, nosq; circumstantes
 » ceu alloquatur hoc ipso signo. Sic oblatio Calicis prior
 » priè respondet huic demonstratiuo, Hic calix noui Testamenti,
 » &c. Fidem enim in nobis sacerdos excitare debet, ipso
 » eleuandi ritu. Quod autem in prima Apologiæ editione Bulgarij
 » testimonium citatur, in quo mutationis Panis & Vini
 » mentio fit, id non statim ad ipsam Transsubstantiationē pertinet.
 » Nam & alij veteres scriptores, quibus certissimum est
 » Transsubstantiationem ignotam planè fuisse, mutationis
 » subinde meminerunt, sed non huiusmodi, qualem posterioribus
 » seculis excogitarunt Scholastici: sed qua panis percipiens
 » uocationem Dei, vt Irenæus ait: & tamen φύσιον μόνον
 » ταβύλας, secundum Theodoretum, iam nō amplius cōmuni
 » nis panis est, sed corporis & sanguinis Christi ἐνχαριστία. De
 » hac mutatione Bulgarij quoq; testimonium exponi ita potest,
 » vt nulla planè sit metuenda neq; Transsubstantiatio, neq; ἀπίστα
 » λατρεία. Et tamē Principes, si uoletis, libenter uobis concedēt,
 » ut illo Bulgarij testimonio non utamini: modo ne in Cingliarum
 » norum

norum castra transeat, aut ipsos, nisi agnito errore, in nostra
 inducat. Quod si videant vos sincerè agere, non grauabuntur
 posteriorem etiam Confessionem, quæ Numburgi sub-
 scripta, & Imp. Ferdinãdo, vt ais pag. 167. oblata est, retinere:
 modo ne ex prima, quam nunquam abiecerunt, aut abiicien-
 dam putarunt, illud, Et improbant secus docentes, eradatis.
 Non autem satis tibi est, Sturm, primam istam Confessionē
 Augustanam suspectam reddere: nisi quasi oblitus huius ac-
 cusationis, *eam abrogari hac noua formula metuas* pag. 157. et 176.
 Quomodo enim abrogatam volunt hanc Confessionem, qui
 eam è manibus hominū iam pridem excussam, & mutatam,
 in aspectum & lucem reuocant, & redintegrari volunt? Tam
 lem Augustanam Confessionem Principes habere volunt,
 & hunc eius rectum & orthodoxum intellectum, vt sub ea
 Cingliani latere non possint, neq; nisi errore agnito, eius
 nomine censeantur. Frustra tu igitur Bezae & Caluini,
 & Gallorum sanum & orthodoxum intellectum, ipsi Con-
 fessionī Augustanae conciliare conaris pag. 176. Frustra etiam
 intercessionem Principum pro Gallis, religionis nomine
 captiuis, affers: quasi suis illi intercessionibus, Ecclesiarum
 suarum de Coena Domini doctrinae prauiudicare voluerint:
 & malam profecto mercedem clementiae & misericordiae Il-
 lustrissimorum Principum rependis. Sed hoc vestrum est, *vid. p. 107. p. 108. p. 109.*
si sollicitudinem
 amicitiam nostram ambire, & misericordiam implorare:
 quam vbi consecuti fueritis, eam pro approbatione dogma-
 tum vestrorum iactitare.

Sequitur de Confessione quatuor Ciuitatum, de qua tu
 non minus multa, neq; paucioribus locis, pag. 115. 116. 117. 118.
 128. 152. 153. 154. 155. 158. 165. 171. 191. 243. 260. Hac enim est
 tua illa Helena, pro qua non vno iam decennio depugnas.

Vehementer autem miror, te de hac Confessione verba ad
 huc in ista contentione facere audere, atq; etiam pag. 259. mi-
 nari mihi quartum Antipappum, quo omnem superiorum
 temporum controuersiam te expositurum ais: & tamen me
 accusas, quod vulnus istud refricare cupiam. Annon tu istud
 vulnus refricas, qui, vt Cingliani & Calviniani locum habere
 apud nos queant, quatuor Ciuitatum Confessione, toties re-
 petitis contentionibus abuteris. Annon in cōtrouersia Zan-
 chiana, de quatuor Ciuitatum Confessione contentio fuit:
 Annon Arbitri Magistratū interrogarunt, eequam ipsi Con-
 fessionem pro sua agnoscant: Principum, an Ciuitatum: An-
 non Magistratus respondit, Principum se Confessionem ap-
 probare: Roga tu Scholarchas patronos nostros, annon hac
 sententia Magistratus nostri tūm fuerit: roga eos, qui in Cā-
 cellis scribunt: roga Consules: audies quid sint resposuri. An-
 non Concordia illius anni ad Principum Confessionem nos
 reuocat: Annon Conradi Huberti cum Doct. Marbachio
 eadem de re controuersia, sic à Capitulo Thomano explicata
 est, vt saluo honore quatuor Ciuitatum, & maiorū nostrorū,
 secundum Principū Confessionem examina probandorum
 instituantur: Non credo, te nulla amplius memoria esse, sed
 memoria nolle vtī, vbi illa proposito & instituto tuo officit.
 Hoc quā te deceat, ista præsertim ætate & autoritate, consi-
 dera tandem aliquando, & cogita aliquando, quæ de te futura
 sint bonorum iudicia, si pacem & concordiam nullam seruā-
 se videaris, & tuo arbitrio quoscunq; insectatus esse puteris.
 Possem multa de confessione quatuor Ciuitatum dicere,
 multa de ipsis Ciuitatibus, earumq; Ecclesijs, & Ecclesiarum
 statu, quo tempore illarum scripta fuit & exhibita Confessio:
 quorum ego per ætatem quidem meminisse non possum,
 sed testes tamen producere possem fide dignos, & omni ex-
 ceptio

ceptione maiores. Sed quia proximo statim post Confessione^s “
 nem anno, Argentinenses, ac Sueviæ ciuitates aliquot, Smal^s “
 caldiæ Dogma suum de Cœna Domini copiosius explicã^s “
 runt, & à Saxonibus recepta ipsorum fuit interpretatio, vt Sle^s “
 danus testatur lib. 8. Superfedebo nunc quidem hac comme^s “
 moratione, & satis mihi erit, ostendisse tibi, contra officium
 te facere, qui ciuitatum Confessionem cum Principum Con-
 fessione aques. Non enim ipsa Ciuitatum Confessio, sed Cõ-
 fessionis interpretatio, à Principibus Smalcaldiæ approbata
 fuit. Quæ aut, quoties in hanc commemorationẽ ingrederis,
 de scriptis Lutheri Eristicis subinde repetis, pag. maxime 114.
 167. 251. ad ea, quia in priore Defensione responsum est abun-
 de, non ero nunc longior. Philippi certè scripta non propter
 rea vt tu pag. 119. 124. 129. 132. 136. 166. 167. 176. 187. 133. 246. cri-
 minaris, planè abolentur, aut ex Ecclesia eijciuntur, quia pro
 norma doctrinæ post sacras literas nõ possunt vsurpari. Quas
 re enim ipse in istis suis scriptis controuersiam de re Sacra
 mentaria non manifestius explicauit, vt iudicari de ipsius sen-
 tentia possit: Ipse igitur Philippus pertinace suo silentio, quod
 in ipso adhuc viuente vtraq; pars reprehendit, neque tu ipse
 laudare aut probare potes, suis scriptis obstitit, quò minus in
 his controuersijs pro norma et regula doctrinæ possint haberi.
 Non igitur est, cur hac in parte quenquam alium accuses,
 aut crimineris.

Post vtranc; Augustanam Confessionem, etiam exteris
 Ecclesijs metuis, ne quid eæ conciliatione nostrarum Eccle-
 siarum, aut damnatione errorum suorum, detrimenti accipi-
 ant, n' eue contra Charitatem Christianam tyrannidi Pontifi-
 ciæ à nobis obijciantur. Varia est isthæc querela tua, & pro-
 pè per omnes Antipapporū paginas dispersa. Ac de condem-
 natione

natione quidem, & de legitimo iudicio Ecclesiæ, quod condemnationem debeat antecedere, in secunda Defensione tibi respondi: vnde istud tantum repetam, Inimicam, & falsam, & Sophisticam hanc esse tuam interpretationem vocabuli Condemnationis, qua inuidiam non modo tibi meis, sed & libro Concordiæ comparare conaris. Non autem decet virum bonum eiusmodi calumnia, in re præsertim tam graui, & ad tam multas Ecclesias pertinente. Sed tu in nostris Ecclesijs neminem esse putas ea charitate præditum, vt pro afflictis Ecclesijs extra Germaniã, Deum precetur. De me certe scribis, pag. 254. *quòd nequè in Scholis, neque in concionibus meis audiueris me vnquam pro Ecclesijs Gallicanis Deum precatum esse.* Tu verò audiueris? Ecquam igitur scholam meam, aut concionem toto hoc decennio, quo in Schola & Ecclesia iam ministro, audiuit? Neque quisquam eorum, fortasse dices, qui ad me referre solent, quid in scholis & concionibus suis dicant & faciant Theologi, vnquam mihi renunciauit, te pro Ecclesijs Gallicanis Deum precatum esse. Credo enim, te, quæ à Magistratu vnà cū Conuentu Academico (*hoc est vt tu pag. 95. 107. 177. interpretaris, meliore & saniore parte Conuentus*) in specula collocatum esse dicis contra hostes et lupos Ecclesiæ: pag. 244. credo inquam te, cū tu in Ecclesiam non venias, alienis oculis & auribus ibi videre & audire, & ex illorum relatione notare, quæ rectè aut perperam fiant. Atque ego quotidie, & in Ecclesia, & domi Deum precor, non modo pro Gallicanis, sed pro omnibus afflictis & persecutionem patientibus Ecclesijs: & ne nescias, hæc ipsis precor. 1. ne Dominus ipsis errores, quibus inscientes imbuuntur à suis Doctoribus, imputet. 2. vt eorum quoque capitum, in quibus errant, veram ipsis cognitionem, & lucem impertiat. 3. vt in afflictionibus patientiam & constantiam largiatur, ne superati cruciatus
bus, ve

bus, veritatem agnitam abnegent, & ad Pontificia Idola rur-
sus sese adigi patiantur. Postremo, vt persecutores ipsorum,
aut ipsi veritatem agnoscant, aut à Domino coerceantur, vt
eadem ipsi nobiscum pace & tranquillitate frui possint. Hæc
cum ipsis precor, non puto condemno eos, neq; Pontificio-
rum tyrannidi obijcio crudeliter enecandos. *Sed regem Na-*
narræ, & Principem Condæum, hæredes proximos regni Gallia, cõ-
demno, si tibi creditur, quod à sua hæreditate Pontificiam crudeli-
tatem arceant, pag. 255. At vbi eos condemno? In Epitome vi-
delicet mea, vbi scripsi, pro religione pugnare, sacris literis
prohibitum esse. Suprà commemoravi, cuiusmodi hæc Epis-
tome sit, & in quem finẽ à me scripta. Non enim, vt cuiquam
communicaretur, multò autem minùs, vt tuo Antipappo se-
cundo opponeretur, eam confeceram: sed memoriæ causa, vt
quibus de rebus respondendum mihi esset, vno quasi intuitu
aspicerem. Si quid igitur in ea minùs adhuc explicatè scri-
ptum est, petenda erit eius interpretatio ex ipsa prima Defens-
sione mea. At illic nusquam reperies, me negare legitimo
Magistratui licere subditos suos defendere, cum ab externo
hoste, siue religionis, siue alio quocunq; pretextu, iniusto bel-
lo inuaduntur. Vtrum autem Gallia regnum, eiusmodi sit
Regis Nauarræ & Principis Condæi hæreditas, vt talem des-
fensionem subditis illius regni contra ipsos Reges debeant,
eam ego quæstionem nũquam arbitratus sum vel ad me, vel
ad Theologos, sed ad Iureconsultos pertinere. Sed non mo-
dò crudeles nos facis erga Ecclesias exteras, sed etiam *πλεονε-*
κλεις: quod dijudicationem istarum controuersiarum nobis
sumamus, quæ tamen non nostrarum Ecclesiarum propriæ
sint, sed omnium communes: ideoq; non putas Ecclesiarum
pacem, aut dogmatum controuersorum explicationem conse-
fieri posse, nisi conuocatis & congregatis omnibus Eccle-
sijs. Qua de re quanto in errore verseris, vnicus te Augustini
locus

locus docere poterit, qui est tom. 7. in fine lib. 4. contra duas
 „ epistolas Pelagianorum col. 935. d. Quid est ergo, quod di-
 „ cunt (Pelagiani) de simplicibus Episcopis, sine congregatio-
 „ ne Synodi, in locis suis sedentibus, extorta subscriptio est:
 „ Nunquid beatissimis & fide catholica excellentissimis viris,
 „ Cypriano & Ambrosio (quorum testimonijs Augustinus
 „ erat vsus) ante istos aduersus istos extorta subscriptio est: qua
 „ eorum impia dogmata tanta manifestatione subuertunt, vt
 „ que contra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possi-
 „ mus? Aut verò congregatione Synodi opus erat, vt aperta
 „ pernicijs damnaretur: quasi nulla hæresis aliquando, nisi Sy-
 „ nodi congregatione, damnata sit: cum potius rarissima inue-
 „ niantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit:
 „ multoq; sint, atq; incomparabiliter plures, que vbi extiterunt,
 „ illic improbari damnariq; meruerunt, atque inde per cæteras
 „ terræ deuitandæ innotescere potuerunt. Verum istorum su-
 „ perbia, quæ tantum se extollit aduersus Deum, vt non in illo
 „ velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam
 „ captare intelligitur, vt propter illos Orientis & Occidentis
 „ Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoni-
 „ am Domino eis resistente peruertere nequeunt, saltem com-
 „ mouere conantur, cum potius vigilantia & diligentia pasto-
 „ rali, post factum illis competens sufficiensq; iudicium, vbi-
 „ cunq; isti lupi apparuerint, conterendi sint, siue vt sanentur
 „ atq; mutantur, siue vt ab aliorum salute & integritate vitentur.
 „ Vides, quàm multa sint in isto Augustini testimonio,
 „ quæ ad causam hæc faciunt. Ipsa primum quæstio, nostræ con-
 „ trouersæ planè gemina, VTRVM LICEAT SINE
 „ CONGREGATIONE SYNODI, AB EPI-
 „ SCOPIS, SIVE MINISTRIS ECCLESIA-
 „ RVM SVBCRIPTIONEM CONTRA FAL-
 „ SA DO-

SA DOGMATA PETERE. Deinde responsio, pro nobis contra vos aperte militans, NON OPVS ESSE CONGREGATIONE SYNODI, SED VBI CVMQVE LVPI APPAREANT, IBI CONTERENDOS ESSE. Tum rationes, quibus hæc conclusio probatur: quarum vna à perpetua Ecclesiæ consuetudine sumitur: altera à peruerso falsorum doctorum consilio in petenda Synodo: tertia ab ipso periculo, quod ad Ecclesias redundat, si secus fiat. Postremo & modus, & finis eiusmodi damnationum Ecclesiarum. Rarissimas hæreses inueniri dicit, PROPTER QVAS DAMNANDAS TALIS NECESSITAS EXTITERIT, vt Synodi congregatione opus fuerit: sed multo atq; incomparabiliter plures, quæ vbi extiterunt, ILLIC IMPROBARI, DAMNARIQVE meruerint. Habes consuetudinem Ecclesiæ, quæ hac semper libertate vsa est, vt praua dogmata, quæ orirentur, singulis in locis diiudicarentur. Addit, hoc esse falsis Doctoribus propositum, vt si peruertere nequeant orbem, saltem commoueant. Habes pessimum consiliū, cui profectio non est obsecundandum: habes & periculum, quod ad Ecclesias redundat, si ante Synodi congregationem nemini sese liceat falsis dogmatibus opponere. Requirit præterea competens sufficiensq; iudiciū, sed IBI, VBI IPSA FALSA DOGMATA EXTITERVNT: quod nos nemini adhuc negauimus: & magna impudentia videtur esse, affirmare, Cinglianos tot iam libris editis, nondum tamen satis auditos esse: & ne ad Cinglianorum quidem existimationem pertinet, vt homines arbitrentur, ipsos nondum omnia, quibus dogmata sua fulcire velint, argumenta protulisse, sed quædam, tanquam in subsidijs, ad Synodi congregationem reseruare. Iudiciū igitur, quod ex tot illorum libris fit, non debet incompetens

Q aut

aut insufficiens videri. Denique & finis damnationum Ecclesiasticarum consideretur: non ut gladio carnificis absumantur: sed ut vel sanentur atque mutantur, siue ut ab aliorum salute & integritate vitentur.

Quia vero in hac cura & solitudine pro exteris Ecclesijs, multos tibi socios asciscis, omnes videlicet eos, qui libro Concordiæ hæcenus renuerunt subscribere, ipsi quoque idem quod tibi, responsum sibi putent. Neque dubito, quin idem Theologi, Libri huius autores, sed pro donorum suorum excellentia, copiosius & grauius responderint. Et certe Illustrissimo Electori Palatino satisfecerunt: ne tu metuas, nemini satisfieri in hac causa potuisse, aut posse.

Quòd autem Neuburgensium quoque Theologorum, & Doct. Heshusij testimonio hac in parte vteris, vehementer a te erratum est, quòd scripta supposititia, & famosos libellos proferre in publicum instituissti. Et sanè, vel hinc conijcere poteras, non modo quantum rumusculis nugiuendarum ociosorum tribuendum sit, sed etiam quo Spiritu ducantur, qui huiusmodi mendacia concinnant. Non autem alij hoc faciunt, quam ij, quorum tu de controuersis capitibus doctrinam defendis, aut saltem non aspernaris. Lege Heshusij excusationem duplicem: duplici enim excusatione ei opus fuit: propterea quòd falsarius, qui priorem epistolam confinxerat, post editam primam Heshusij excusationem, alteram etiam epistolam fingere ausus est: lege inquam, & videbis, quibus hominibus tam libenter credas. Quin & Illustrissimum Principis D. Philippi Ludouici Palatini epistolam ostendere tibi possum, qua de illo libello, suorum, hoc est Neuburgensium Theologorum nomine edito, grauissimè conqueritur.

POSTRE

POSTREMVM diuisionis meæ caput est de his Confes-
 sionibus, quas tu libro Concordiæ opponis, quasq; idoneas
 esse putas, per quas Ecclesiæ omnes exteræ cum Germanicis
 concilientur, & dissidia omnia tollantur. Sed quoniam tu pa-
 rto tot Ecclesias conciliabis, cum in vna Germania quæ dif-
 ficultas sit, videas? Et certè, si cum exteris conciliari debent
 Ecclesiæ Germanicæ, ipsas prius inter se consentire necesse
 est. Tentarunt Ecclesiæ Saxonicæ cum Suevicis & Helue-
 ticus concordiam anno 1536. & ea, quoad Sueuicas quidem
 attinet, non modo sancita tunc fuit, sed huc etiam vsque con-
 stanter retenta & obseruata. Helueticæ, posteaquam diu fru-
 strâ à Bucero sollicitatæ sunt, tamen eam Concordiam aspera-
 rata sunt, simulq; & à Saxonis & à Suevicis Ecclesijs dis-
 cessionem fecerunt. Ita enim de anni 36. Concordia, Lauate-
 rus habet ad verbum in sua historia pag. 28. d. *Senatus Tigu-
 rinus, Ministris Ecclesiæ suæ, presentibus etiam Basiliensibus, re-
 spondit, capita illa Concordiæ obscura esse, & ambigua, se ergo nolle
 subscribere, & ea approbare.* Et pag. sequente. *Bernæ coacta est
 generalis Synodus ad 19. diem Octobris, in qua CCC. parochi, minus
 quatuor fuerunt. Et quanquam Heluetij declarationem istam suæ
 Confessioni nihil aduersari iudicarent, non tamen placuit subscri-
 bere.* Et pag. 30. b. *In hoc cœtu (qui Tiguri anno 1538. mense
 Aprilis fuit) de responso Luthero dando (qui Heluetios ad hanc
 anni 1536. Concordiã, scripta amicissima epistola inuitauerat)
 per triduum disceptatum est cum Bucero, qui ambigua loquendi for-
 ma, solidam Concordiam sancire conabatur. Tigurini obscure & ca-
 piosè loqui volebant, sed liberè & aperte, ne Concordia fucata, & in-
 fidiosa, postea maiores turbas pareret.* Hæc Lauaterus.

Ex quibus, quomodo Concordia anni trigesimi sexti ad
 Heluetios, & proinde ad omnes exteræ Ecclesias, quæ
 eam eadem est Confessio, pertineat: quod tu pagina 165. fac-

tis incogitanter scripsisti, apparet. Neglecta igitur & repus-
 diata hac Concordia, aliam Tigurini instituerunt, cum Ges-
 neuensibus & Neocomensibus anno 1549. quam in vita
 Caluini his verbis Beza describit. *Ceterum hoc Ecclesijs Ger-
 manicis inflictum vulnus, contrario beneficio Dominus apud Hel-
 uetios compensauit, Farello simul ac Caluino Tigurum profectis,*
VT CVM VISVS ESSET QVIBVS DAM
CALVINVS CONSVBSTANTIATIONI
NONNIHIL FAVERE, de communi in ea re omnium
*Helueticarum Ecclesiarum consensu omnibus liqueret. Neque ve-
 rò difficile factu fuit, vt inter bonos & veritatis amantes conue-
 niret: Scripta est igitur summa omnium Helueticarum & Rhe-
 ticarum Ecclesiarum approbatione consensio, quæ præsertim Bubi-
 lingerum cum Caluino, Tigurinamque Ecclesiam cum Geneuensi,
 arctissimo vinculo, magis ac magis colligauit. Hæc ipsa Con-
 cordia, spem omnem Concordiæ inter Ecclesias Augustanæ
 Confessionis, & Helueticas, ex imis quasi fundamentis
 euertit: indeq; occasio oblata fuit Ioachimo Vuestphalo
 quem tu tam miserè innocentem exagitas, contra Calui-
 num scribendi. Si enim Tigurini, & cum ipsis reliqui Hel-
 uetij, Concordiam anni 1536. approbassent, & vel ipsa Bubi-
 lingeri explicatione satisfieri sibi passi fuissent, nunquam eò
 vsque prouectum fuisset tristissimum hoc dissidium. Sed
 vel Vuestphalo, vel nobis imputare, controuersie huius
 diuturnitatem aut exacerbationem, nemo, qui rerum ge-
 starum memoriam habeat, poterit. Cum autem interea
 ita merentibus peccatis nostris, Germanicæ quoque Ecc-
 lesiæ multis dissidijs perturbatæ sint, certè si de ineuna-
 da pace utiliter deliberare volemus, intestina prius vulne-
 ra curanda sunt. Permittite ergo nobis, vt priusquam vo-
 biscum agamus, ipsi inter nos possimus consentire: nec
 que*

que istam cribrationem, qua hucusque Dominus nos exercuit, odiosius nobis obijcite aut *ἐπιχαριστικῶς*: nam & nos respicere potest Dominus, ut iam clementissimè coepit: & vos, si Concordia vestra non rectè utamini, & ea alijs insultetis, punire. Deinde verò, cum de Ecclesiarum nostrarum pace & Concordia constabit, libenter quoque, quantum permittet Fides, vobiscum pacem colemus.

Sed iam tuas illas Confessiones videamus, quarum prima est Ministrorum Ecclesiae nostrae, anno 48. edita. Hanc quoque nec in primo Antipappo proponere, neque iam repetere debuisti, idque propter anni 1563. Concordiam. Nam & ipsa quae in dissidio Zanchiano iactitata à vobis, & Principum Confessioni fuit opposita: ut ex miscellaneis Zanchi apparet. Quia ergo anni 63. Concordia ne huius quidem meminit, non debuisti tu illam, Principum Augustanae Confessionis pro instituto opponere. Eoque magis hoc in te reprehendendum est, quod non de ipsa Confessionis huius doctrina laboras, ut tamen vis videri, sed de titulo solummodo, quia in eo affirmatur, hanc doctrinam inde ab anno vicesimo, in Ecclesijs nostris sonuisse. Unde concludere conaris, eandem semper fuisse Buceri doctrinam, siue ante, siue post Vuitebergensem Concordiam, siue ante, siue post editam maiorem Lutheri Confessionem. Hoc si ex isto titulo probare non posses, nunquam Confessionis huius autoritate uteris, quae cum tua profecto Confessione non consentit. Vtrum autem tituli huius haec sit sententia, Bucerus ipse rectissimè nos docebit in secunda Epistolae ad Comandrum parte, in qua ingenuè fateatur, de tribus se capitibus, post lectam Lutheri Confessionem maiorem, sententiam suam mutasse, & triplicem suum errorem agnouisse. Ea verò istius epistolae pars sic habet ad

„ verbum. Exposui nūc tibi, frater charissime, quid nos omnes,
 „ quotquot Ecclesijs ministramus, quæ sunt sub administratio-
 „ ne Imperij Romani, de sacra Eucharistia, & credimus, & pro-
 „ fitemur. Nunc declarabo, QUID INTER SIT inter hæc,
 „ & ea, quæ EQVIDEM de hoc mysterio antè sensi & do-
 „ cui, quàm Concordia nobis cum Luthero, & Ecclesijs, quæ
 „ semper cum eo fecerunt, restituta est. Omnis autem varietas
 „ in his consistit. Primum, quòd Luthero & eis, qui ab ipso ita
 „ bant, tribui crassiorē de præsentia & perceptione Domini in sa-
 „ cra Cœna sententiam, quàm deprehenderim postea, ET
 „ NUNC TESTIFICOR ILLIS VNQVAM FVISSE
 „ SE: quanquam eam sententiam, magis adeo inesse ipsorum
 „ verbis, quàm animis iudicabam. Deinde, quòd formas quas-
 „ dam loquendi improbaui, & etiam oppugnaui, tanquam illæ
 „ detraherent, & facerent nonnihil ad imminuendam nimiam
 „ tatem fiduciæ in Christum. Eæ formæ erant, Sacramenta con-
 „ firmare fidem, erigere conscientiam, Esse & percipi Christum
 „ in Sacramento, & Percipi eum corporaliter: quas formas nūc
 „ agnosco me usurpare posse pie & vtiliter. Tertio, quòd cum
 „ ij, qui non viua verâq; fide Eucharistiæ communicant, hoc
 „ cibo salutis non fruuntur, ego illis simpliciter ademi omnem
 „ Christi in Sacramento perceptionem, quam nunc nō adimo.
 „ Hanc Buceri declarationem, si cum Confessionis anni 48. titu-
 „ tulo compares, facile animaduertes, titulum hunc non præci-
 „ pue ad articulum Cœnæ Dominicæ, sed ad totum doctrinæ
 „ genus respicere, quod ab anno 20. in hac Ecclesia fuerat pro-
 „ positū. Aliàs. n. quomodo titulus ille, & hæc declaratio cōcilia-
 „ ri possint, non video. Verus aut tituli illius sensus, ex ipsa il-
 „ lius Confessionis occasione sumendus est. Accusati fuerant
 „ tunc temporis Ministri, per famosum quendam libellum.

Tenebrione quodam hinc inde sparsum, quod spiritu seditio-
so præditi essent, non minus quam Monasterienses Ana-
baptistæ. Hanc calumniam ut à se depellerent, summam suæ
doctrinæ, illa Confessione repetierunt, & in ea nihil esse se-
ditiosum demonstrarunt.

Sed priusquam hanc de anni 48. Confessione tractatio-
nem claudam: non abs re fuerit, cætera quoque, quæ eodem lo-
co in epistola ad Comandrum sequuntur, recitare, in quibus
& erroris sui causam exponit, & mutata sententiæ rationem
reddit Bucerus. Quod verò, inquit, de sententiâ, vel verbis pos-
tius Lutheri, & omnium, qui eum sequebantur, non rectè ius-
dicavi, & crassiore eis sententiâ attribui, hæc ferè tres cau-
sæ fuerunt. Prima, quòd de donis Domini in Luthero **P A R S**
C I V S, & de facultatibus aliorum, ac etiâ proprio iudicio be-
nignius æquo aestimaui. Altera, quædam animi offensio inde
oblata, quòd illi sua, videbantur defendere præfractius, & nos
in plerisque admodum iniquè accusare, eorumque reos agere, quos
rum (gratia Domino) sciebam nos minus teneri. Tertia, quòd
negabatur vllus inesse tropus his verbis Domini, **H O C E S T**
C O R P V S M E V M, & contendebatur, cum dicitur panis cor-
pus Christi esse, accipiendum substantialiter. Fateor quidem,
quòd sæpe non vulgari animi compositione, volui à me res-
movere cunctas affectiones carnales, siue erga alios studij, si-
ue in alijs fastidij, vel indignationis, tum maximè fiduciâ in-
genij proprii, ipsaque Domini verba proposita mihi, quàm sim-
plicissime intueri, & ex illis solis discere. Sed nescio, quo fato,
quæ ue ira in nos Domini factum sit, ut cum Lutherus, quod
eius omnia scripta clarissimè testantur, hanc unam quæstio-
nem pertractarit, An in sacra Coena sit & percipiatur etiam
corpus, & sanguis Domini, vel tantum panis & vinum: & de
modo omnem inquisitionem à se reiecerit. Ego verò, quod etiâ
in illo libri apertissimè habet, non tantum panem & vinum, sed
etiam

„ etiam corpus & sanguinem Domini dari atq; percipi in sacra
 „ Coena agnoscerem, in Disputationem tamen DE MODO,
 „ quomodo in Coena exhibeatur & recipiatur corpus Domini,
 „ raptus sim. Nam nec ego, nec etiã Oecolampadius, vt ipse in
 „ Dialogo suo, quem de hac re vltimum edidit, de eo, An cor-
 „ pus & sanguis Domini in Eucharistia adsint, disputare volui-
 „ mus, sed de modo tantum, quo adsint. Non quaestionem An
 „ sit, sed Quale sit, tractare propositum erat. In ea enim disputa-
 „ tione, vterq; ita versati sumus, vt iudicati sumus non de mo-
 „ do praesentiae, sed de ipsa praesentia disputare, & statuere, nihil
 „ quã panem & vinum, in mensa Christi exhiberi. Nec mi-
 „ rum hoc est: nam & vulgus doctorum, et indoctorum in Ec-
 „ clesijs quibusdam Helueticis, cum volunt hodie notare, quos
 „ de Eucharistia non recte sentire putant, dicere solent: Illi affir-
 „ mant adesse in Sacramento carnem & sanguinem: *Illi affir-
 „ len Fleisch vnd Blut da haben.* Ex quo dicto, quid tu aliud
 „ intelligas, quã istos qui sic loquuntur, putare veram de Euc-
 „ charistia sententiam esse, quae censet carnem & sanguinem
 „ in mensa Domini non adesse, atque ideo nihil adesse, dari ne-
 „ quã panem & vinum? Ego autem, sicut nunquam vel doc-
 „ borum Domini, Hoc est corpus meum, id est, Hoc significat
 „ corpus meum, vel, Est figura corporis mei: ita disertè semper
 „ affirmavi, in Eucharistia à fidelibus tam verè accipi corpus
 „ Domini & sanguinem, quã panem et vinum. Tantum ad-
 „ ieci, illa spiritualiter percipi, non corporaliter, hæc corporalis
 „ ter: in quo tamen nouit Christus, me percipi Christum non
 „ ita negasse, vt Lutherus id affirmabat. Nam percipere Chris-
 „ tum corporaliter, intellexi, percipere eum cum pane & vino
 „ aliqua Physica ratione coniunctum. Ita definitum à me hoc
 „ corporaliter percipere Christũ, ipsi mei libri testabuntur. Itaq;

impeditus sum. Nam Lutherus nequaquam in hunc sensum. sed ita vt supra explicauit, intellexit, Christum corporaliter accipi pro eo, quod est, verum corpus Domini hoc Sacramento, quod corpore nostro sumimus, verè percipi, nullam corporis Christi Physicam, in, nec cum pane copulationem, nec cum sensibus nostris communionem statuit.

Hæ itaq; vt dispulsæ mihi sunt dignatione Domini nebula, cœpiscq; videre, quænam esset Lutheri germana sententia, vt hanc veram & orthodoxam agnouî, neq; vnquam impugnare volui: ita alijs quoq; idem testari, perceptamq; lucẽ fratribus communicare debui. Primùm itaque, quod nunc aliter apud me habet, est, quod Lutheri, vt animo nunquam, ita iam nec verbis, quod aliquando putauit, inesse sententiam illã crassorem de præsentia Domini, quam oppugnauit, iudico. Porro, quod attinet ad formulas loquendi de sacro Ministerio verbi & Sacramentorum, quod alterum est, de quo sententiam mutauit, inde impegerã, quod verba & symbola Domini, non vt verba, & symbola Domini, sicut Lutherus, sed tantum vt à Ministro dispensantur, & hominibus externè percipiuntur, considerabam. At considerata æstimandaq; sunt: ita vt ea Christus instituit, & vsurpare iussit. Cum is ergo omnẽ usum cum verbi, tum Sacramentorum in hoc præcipuè instituit, vt fides in se in nobis plantetur, augeatur & confirmetur, dicendum plane, Sacramenta confirmare conscientiam, implere fidem, non id quidem ex se, aut quæ externæ res sunt, sed quæ symbola sunt, quibus Dominus sua dona offert & exhibet. Vis hæc, & opus ipsum, Domini sunt, in quem si quis Sacramenta inspiciens sese non attollit, sicut is Sacramenta non à Domino percipit, ita fraudauit sese ipse fructu eorum. Itaque quod ij homines, qui irreligiosè Sacramenta sumunt, nullam fidei suæ inde cõfirmationẽ, sed condemnationẽ potius percipiunt,

„ piunt, id non vitio Sacramentorum, sed fumentium fit, qui ea
 „ nec vt Sacramenta Domini excipiunt. D. Paulus nusquã vel
 „ de suo, vel de Ministerio vniuerso loquitur, vbi non faciat
 „ vsum eius valere ad gignendã & prouehendam fidẽ Christĩ.
 „ Quod venire saepe Romã optauerit, huius quã causam afferret
 „ Nunquid vt eorum fidem confirmaret impartito illis aliquo
 „ Charismate spirituali, & inuicem illorũ fide consolaretur? Ita
 „ & inuisere Thessalonicenses, se cupiisse scribit, vt quæ illorum
 „ fidei deerant perficeret. De sacro verò Ministerio loquẽs vni
 „ uersim ad Ephesios, confirmat datos ministros omne genus
 „ ad coaptationem & perfectionem sanctorũ, ad ædificationẽ
 „ corporis Christi, &c. Iã quid aliud Ministri, quã verba & Sa
 „ cramenta Domini ministrant? Horum certẽ dispensatione
 „ id omne constat & perficitur, ad quod ipsi Ecclesiæ instituti
 „ sunt. Verẽ itaq; & verba et Sacramenta, quorum est dispensa
 „ tio Ministris credita, confirmandis conscientijs, perficiendẽ
 „ fidei, vt à Domino tradita sunt, sic debent etiam, cum à Mini
 „ stris dispẽsari, atq; accommodari, tum à reliquo populo Dei
 „ excipi, & vsurpari. HAC ITA QVE IN RE SENTEN
 „ TIAM PLANE MUTA VI. Nam quas locutiones de sa
 „ cro Ministerio, hoc est, verbo et Sacramẽtis, quibus illa instru
 „ menta salutis & communicationẽ exhibere, indeq; fidẽ proue
 „ here, & confirmare prædicantur, tanquã vulgari errori Papis
 „ stici gregis, verbis & Sacramentis per se fidentis, magis quã
 „ prouehendæ fiduciẽ in Christũ accommodatiore, aliquando
 „ reieci, & Sacramenta magis adeò pro tefferis societatis Chris
 „ tianorum inter se, quã symbola diuini fauoris, habui. Eas
 „ loquendi formas cognoui postea, non minùs ad sincerã Chri
 „ sti commendationem, & puram Religionis procurationem,
 „ idoneas esse, quã sunt cõsentaneæ diuinis Scripturis, atq; in
 „ illis vbiq; traditæ. Sed hĩc mutarunt sententiam nobiscum, &
 „ Ministri Ecclesiarum Helueticarũ vniuersi. Etenim, cum in
 „ Zuinglij

Zuinglij libris, & aliorum, locutiones illæ admodum gra-
uiter reiectæ sint, Sacramentis conscientias ac fidẽ confirma-
ri: & illa sententia defensa, Sacramenta tantum esse tesseras
Christianæ communionis: in Confessione tamẽ illa, quam illi
re melius perpensa, D. Capitone, & me, præsentibus, compo-
suerunt, confitentur, Sacramenta non solum tesseras quasdã
Christianæ societatis, sed & gratiæ diuinæ symbola esse, qui-
bus Ministri, Dño ad eũ finem, quẽ ipse promittit, offert & ef-
ficat, cooperentur. Et quæ maior possit excogitari peruersitas,
quàm Ministros Domini, quibus hoc vnum in omni studẽ-
dum est, vt Domino se fidos & vtilis Ministros præstent, me-
liorem rationem administrandi dispensationẽ salutis cogno-
uisse, & persequi deteriores? Aut cum errore oppugnaue-
rint quæ recta sunt, eoq; Ecclesias perturbãrint, non id cum
agnouerint, ingenuè fateri, & magno studio conari, vt quod
damni eo errore dederunt Ecclesijs, commendando illis, quæ
veriora sunt, & detestando, quæ praua, sarcire? Hac in parte
Oecolampadius, non ita, vt ego, impegit. Nam confirmatio-
nem fidei Sacramentis semper tribuit.

Circa tertium, de quo nunc aliter, quàm aliquando loqui
videor, perceptionem Christi, quæ percipientibus iudicio
est, ad eundẽ modũ se res habet, vt non idem considerauerim
per omnia, quod Lutherus. Equidem enim, de ea solum mã-
dicatione Christi, quæ salutis sit, & cogitavi & disserui. At
Lutherus de perceptione Christi, quæ verbo & symbolis of-
fertur, simpliciter loqui consuevit. Iam certum est, esse homi-
nes, qui alioqui Christo verè credunt, qui tamen Sacramen-
tum, quo sibi offerri Dominum suum non dubitant, indignè
eoq; ad condemnationem sui, percipiunt, eò quòd non grato
fatis & religioso animo Dominum excipiunt, non dijudi-
cantes corpus Domini. Id quod Paulus in Corinthijs repres-
hendit, quos tamen ponit in numero fratrum & verè credentium,

„ & se iungit à Mundo reliquo, qui perit. Æquè constat, esse
 „ quosdam, quorum cor, tamen si bona terra non sit, nec nisi tem-
 „ poraria fide credat: tamen sicut verbum Domini semen vitæ
 „ externè, ita & symbola recipiat, vt Dei verbum, & symbola
 „ la, atq; ideo suo quoq; modo, id quod verbo & symbolis of-
 „ fertur. Nam per speculum hoc & ænigma isti quoq; vident,
 „ seseq; ad Christum ipsum, quadantenus attollunt, vt dici non
 „ queat, hos nihil quàm panem & vinum, & non etiam corpus
 „ & sanguinem Domini, quod his sibi symbolis præberi nõ-
 „ runt, percipere. Et in hac quoq; quæstione Oecolampadius
 „ Luthero consensit, & doctrinæ Catholice, vt in Dialogo suo,
 „ adducta autoritate D. Bernhardi, ipse de se testatur. Etenim
 „ sicut audiunt quidam verbum Domini, nec tamen in animũ
 „ demittunt, vt ibi vim suam vel aliquo pacto explicare, Sata-
 „ na illud eripiente, quos Dominus viæ assimilat: ita sunt etiam,
 „ qui Sacramenta externa tantum percipiunt, nec dona, quæ illi
 „ his offeruntur, Satana inde reuocãte animum, agnoscunt vel
 „ sentiunt. At rursus quemadmodum alij sunt, qui verbum Do-
 „ mini etiam cum gaudio recipiunt, adeo vt statim enascatur, &
 „ vim suam explicet, quanquã paulò post, vel æstu persecutio-
 „ nis percussum, vel spinis simul enatis præfocatum, pereat: sic
 „ sunt etiam, qui verba Dei visibilia, Sacramenta, ad hunc mo-
 „ dum excipiant, & dona Dei, quæ illis offeruntur, fide quæ-
 „ dam, quam Christus *πρόνοια* vocat, quam mox tamen ab-
 „ ñciunt, imò nunquam vero corde amplectuntur. Atque
 „ cum vtriq; non iusta solidaq; cordis boni fide recipiunt vera
 „ ba hæc Dei, tam visibilia, quàm audibilia: cedunt ea ipsis in
 „ iudicium & condemnatione: & tamen dici non potest, quòd
 „ hi tantum sonum verbi Dei, & non etiam doctrinam ipsam
 „ vitæ & donum cœlestis, atque Spiritum sanctum recipiant,
 „ vel tantum aquam, aut panem, & vinum in Sacramentis,
 „ et nõ vnã vim regenerationis, & communicatione corporis et
 „ sanguis

sanguinis Domini: sed sicut laborans atrophía, cibum quidem
 sumit, atq; in ventriculum demittit, nec tamē eo alitur, etiam si
 illum in ventriculo concoquat: ita sunt, qui ipsa quoq; dona
 Dei, quę Sacramentis dispensantur, modo aliquo intelligunt,
 complectuntur & sentiunt, nec plenē tamen ea percipiunt,
 vimq; eorum experiuntur, solidē renati, Christoq; insiti, atq;
 eo pasci: Quam plenam et perfectam Christi fruitionem, mā-
 ducationem sui vocat. Ioh. 6. Quem solum locū intuens ali-
 quando, **NON NISI VIVIFICAM CHRISTI MAN-
 DUCATIONEM ADMITTEBAM**, rebarq; Christum,
 cum sit cibus viuificus, & non posse non ad vitam manduca-
 ri. Sed verbum ipsum Dei etiam in se viuificum est, & tamen
 in iudicium & condemnationem auditur, & intelligitur ab
 indignis, resq; ipsa testatur, tria esse genera Eucharistiam su-
 mentium. Vnum eorum, qui instituto & promissioni Domi-
 ni planē nihil credunt, & sacra symbola, non pro symbolis
 Domini, sed tantum pro pane, & vino habent. Hi, sicut nec
 mente plus, quam Elementa agnoscūt: ita nec amplius aliquid
 percipiunt. Alterum genus est eorum, qui persuasi diuinitus
 sunt, sibi hisce symbolis ipsa Dei dona offerri, nec tamē ea di-
 gna religione excipiunt. Isti, sicut ea mente et voluntate sacris
 symbolis participant, vt etiam ipsis donis Dei, quę agnoscūt,
 communicent: ita nequaquam sola symbola, sed ipsa quoque
 dona Dei, amplectuntur, & percipiunt, quanquam non iuste
 ipsis perfruantur. Sed hi bifariam habent: alij enim nunq; ius-
 tam fidem senserunt, dignamq; donorum huiusmodi existi-
 mationem fecerunt, fide modo temporaria instructi. Alij do-
 nati sunt fide Christi solida. Sed eam (id quod vsu uenit Co-
 rinthijs) prauis prępediti cupiditatibus, modo non exercent.
 Tertij generis sunt, qui fide plena, & etiam vigente, donaq;
 Dei digne estimante, Sacramentis communicant. Hęc non
 R 3 solum.

» solum ex illa parabola Domini de semine verbi Dei, sed etiam
 » ex vndecimo prioris ad Corinthios, & multis mille alijs locis
 » Scripturæ, clarissimè cognosci possunt. Habes iam optime
 » Comander, IN QVIBVS VEL SENTENTIA
 » AM, VEL DOCENDI RATIONEM MV-
 » TARI M. Nec id dudum, vel tum primum, cum omnes
 » cum Luthero articulos subscripsi, feci: statim vt Lutherus
 » suam de sacra Coena Confessionem magnam edidit, intel-
 » ligere coepi, EVM NEQVAQVAM CHRISTI
 » IN PANE LOCALEM INCLVSIONEM,
 » AVT VLLAM CVM ELEMENTIS TA-
 » LEM CONIUNCTIONEM STATVERE,
 » QVAE INDIGNA SIT CHRISTO, SI-
 » VE VERO HOMINE, SIVE IN COE-
 » LIS REGNANTE. Atque ab eo iam suadere Eco-
 » desijs de hoc mysterio consensionem molior, interq; molis-
 » endum, quæcunq; in hac controuersia disputata sunt, non so-
 » lum ex libris eorum, qui primas in hac Disputatione par-
 » tes habuerunt: sed ab ipsis etiam autoribus, coram cuncta
 » cognoscere, quàm licuit, diligentissimè studui, vt mihi meo
 » iure videar sumere, cognitionem haudquaquam incer-
 » tam, aut leuem, omnium, quæ in hac Disputatione versata
 » sunt, quæq; præcipuè vtrumque offenderint: Et cum ad
 » modum multi in causa hac, per quàm multum iudicare
 » sibi permittunt: vereor tamen, vt valde multi sint, qui
 » eam adhuc, quantum ad iudicandum necesse est, perspectam
 » habeant.
 » Porro, si roges, cum non adeò nuper cum Luthero, & Eco-
 » desijs, quæ ipsum sequuntur, consenserim, & eam rationem
 » de sacra Eucharistia disserendi, quam hîc tibi perscripsi,
 » AMPLECTI COEPERIM, cur id non etiam statim
 » profle

profiteri voluerim, & testatum fecerim? Scito, mi frater, in
 eo habuisse rationem Ecclesiarum, & vniuersim, & pecu-
 liariter Helueticarum. Cupiebam non nouarum dissensio-
 num offendiculis, Ecclesias rursus concutere, sed pacem so-
 lidam cūcūq; approbatam afferre. Tunc in hanc consensio-
 nem optabam venire maximè Helueticas, cum quibus sin-
 gularem consuetudinem Dominus nobis ab initio Euangelij
 restituti concessit. Tempore itaq; opus fuit, dum fratribus
 atq; symmisticis, cum consiliū, tum sententiam, in restituenda
 hac Concordia, approbaremus. Vbi itaq; eò res perducta fuit,
 idq; non contemnendis laboribus, quos & scribendo & pe-
 regrinando sustinui, vt Symmistæ in vrbibus Imperij pla-
 ne, & vt Helueticis in præcipuis dogmatis, de quibus pugna-
 tum fuit, consensissent, in his scilicet. Sacramenta non solum
 Christianæ societatis tesseras, sed etiam signa esse diuinæ be-
 neficentiæ, quibus communicatio Christi exhibeatur: Sacrum
 Ministerium esse administrationem salutis, non externarum
 tantum vocum & signorum: In Eucharistia non solum pa-
 nem & vinum, sed etiam Christum ipsum percipi, quæ om-
 nia insunt in Confessione Basiliensi: tum statim euulgavi
 meas retractationes, iustamque Confessionem edidi, de om-
 nibus quæstionibus, de quibus variam & discrepantem à
 Lutheranis Ecclesijs sententiam sequi videri potui. Quan-
 quam & antea de his quædam in libello ad Monasterien-
 ses præmiseram. Sed postquam **MULTIS TENTATIS**
 cum Helueticis Ecclesijs, **SPEM** de Confessione plena
 harum, & præsertim Tigurinorum, **POSVISSEM**: ta-
 mē vteo tempore minor erat fiducia generalis concordie cō-
 ficiendæ: ita etiam omnia pertractaui adhuc contractius. Istæ
 itaq; causæ me detinuerunt, vt in hac causa non omnia, mox
 vt cognoui, profitenda etiam publicè iudicārim. Secundam
 hanc

hanc epistolæ ad Comãdram partem, hanc equidem ob eandem
 sam isto loco præcipuè adduxi, vt videres, ipsum Bucerum
 fateri, quibus de rebus post editam maiorem Lutheri Confes-
 sionem, id quod fuit anno 1528. sententiam suam mutauerit,
 & cum Luthero, & Ecclesijs, quæ ipsum sequuntur, consensu
 ferit. Sed sunt & alia multa in hac parte huius epistolæ, & hec
 in primis duo, consideratione dignissima: alterum, quod causam
 reddit, cur non statim hunc cum Luthero consensum
 profiteri voluerit, & testatum fecerit: alterum, quod iam tum,
 cum ista ad Comandrum scribebat, de consensione plena
 Ecclesiarum Helueticarum, & præsertim Tigurinorum,
 spem posuerit: vnde quàm verum sit, quod tu Ecclesijs Hel-
 ueticis Concordiam anni 48. vindicas, iudicari potest. Quia
 verò Bucerus his verbis, & hac epistolæ ad Comandrum par-
 te fateretur, se agnita Lutheri sententia, in partes ipsius iussit:
 neq; vt tu facis, inter eristica & didactica ipsius scripta distin-
 guit: non poterunt sanè Ecclesiæ exteræ, vel hanc Buce-
 ri epistolam, vel decennio post scriptam anni 48. Confessionem
 probare, nisi in Lutheri sententiam ipsa quoque eant, & eae-
 rum quoque Ecclesiarum, quæ Lutheri sententiam constan-
 ter hucusq; secutæ sunt, Confessionem approbent. Neq; Ti-
 gurini aut Helueticæ Ecclesiæ eidem 48. anni Confessione
 subscribere poterunt: nisi improbato prius & reiecto maio-
 rum suorum & antecessorum de anni 36. Concordia, & de
 Bucero iudicio. Quod ad nos attinet, non coacti, sed volens
 tamen nostrarum Ecclesiarum controuersias in ea sic expli-
 catas esse, vt pro formula Concordiæ vsurpari possit, videre,
 vt in prima etiã defensione tibi dixi, non possumus.

Secunda Confessio, quam profers, est Guilelmi Farelli
 & Ioannis Caluini, & Petri Vireti, probata & laudata vt
 ortho-

orthodoxa à Bucero & Capitone, viuo adhuc Luthero, post
 anni 1536. Concordia, qua tu Confessione me, & impudentie,
 & impietatis, & arrogantiae crimine irretitum teneri existi-
 mas, nisi tantorum virosum, Buceri & Capitonis auctoritati
 subscribam. Sed quid isti in hac Confessione, vt orthodoxum
 laudent, videndum est. Primum hoc, quod negant Christum
 in sacra Coena praesentem LOCALITER, aut vbiq; DIF-
FVSUM. Et nos hoc ipsum negamus, & falso id nobis tribui,
 vel ipsius Buceri testimonio probamus. Deinde, quod affir-
 mant, panem, quem frangimus, & calicem, quem percipimus,
 esse nobis vere corporis & sanguinis Christi communica-
 tionem. Et nos idem affirmamus, & serio docemus. Postres-
 mo, quod errorem in Ecclesia non ferendum agnoscunt, nuda
 & inania Christum statuere in sacra sua Coena symbola, &
 non credere, hic ipsum quoque corpus, & ipsum sanguinem
 Domini percipi: hoc est, ipsum Dominum, verum Deum &
 hominem. Et nos itidem hoc ipsum agnoscimus. Quid vero
 causa esse putabimus, quod duo ista nostrae Ecclesiae lumina,
 non simpliciter Confessioni illorum trium subscripserunt,
 sed optatè & pie tam diligenter, & pro modo subscriptionis
 tam copiose explicarunt? Non longè petenda causa est, si
 ipsam Confessionem cum subscriptione conferamus. Sunt
 enim tria haec capita in subscriptione multò clariùs, quàm in
 ipsa Confessione proposita. Ostendere igitur voluerunt,
 quomodo ipsam Confessionem acciperet: ne vel illi ipsi tres,
 vel alij post ipsos, vt te iam videmus facere, aliter eam inter-
 pretarentur, siue de Localitate, siue de corporis & sanguinis
 Christi communione, siue deniq; de signorum & rei signa-
 ta vnione Sacramentali. Cum autem spem bonam de
 illis concepissent, posse ipsos paulatim ad probandam Ec-
 clesiarum nostrarum Concordiam, quae tunc recens Vuitez
 S bergæ

videtur hanc

conferre

substantiam

non sicut

bergæ facta erat, adduci, in meliorem partem, Confessionem ipsorum interpretati sunt. Quod quàm diu spes aliqua plene confessionis apparuit, studiosè à se factum esse, Bucerus supra testabatur. Nam vt de Concordia anni 1536. cum ipsis non egerint, aut vt publicam illam actionem, priuata hac confessione eneruare voluerint, id verò minimè est ad fidem. Quòd autem hanc de sese spem illi deinceps sefellerunt, & ad Concordiam anni 36. quam profectò omnibus persuasissimam esse cupiebat Bucerus, non modo propius non accesserunt, sed ipsi etiam noua Confessione scripta, se coniunxerunt, qui Concordiam illam nostrarum Ecclesiarum, obscuritatis & ambiguitatis iam antea damnauerant: eius certe rei culpam, neque Bucerus, neque Capito debent præstare: neque probari inde potest, quod Geneuensis & Argentinenſis Ecclesiæ, eadem semper de sacra Cœna, & coniunctis articulis fuerit, aut esse debeat Confessio. Illa enim repudiata anni 36. Concordia, quam hæc constanter retinuit, & adhuc retinet, cum ipsi consentire cœpit anno 1549. qui diuersum, atque ipsa Concordia, sentiebant.

Postrema omnium est tua Confessio, septem hypothesibus distincta, & similitudinibus quibusdam illustrata: quæ ipsa quoque expendenda est: cum non modò mirificè tibi placeat, eamque tanquam vnicam filiolarum exosculetis: sed etiam ex ea iudicium fieri possit & debeat, quarum te partium, in isthac controuersia Eucharistica, esse existimandum sit. Hactenus enim, vt Cinglianis, aut Calvinianis te annumeraremus, ferre noluit. Prima igitur hypothesis tua hæc est: *Si filius Dei, per quem omnia facta sunt, antequam factus esset, ante quam carnem accepisset & induisset, potuit dare vitam, animam, spiritum, carnem & sanguinem Adamo: certè nunc homo, & Deus atque homo, indutus carne, hoc est, incarnatus de Spiritu sancto,*

sedens

*hæc aduersus
hanc uoluntatem
non est*

sedens ad dexteram patris in gloria, nunc inquam potest, & sicut
dicere, facilius potest, eandem carnem & eundem sanguinem com-
municare. Prima isthæc hypothesistua fateri videtur, Chris-
tum sedentem ad dexteram Patris in gloria, facilius posse
carnem & sanguinem suum communicare, & hoc ipsum,
quod fatur, probare videtur ex ipsa Filij Dei omnipoten-
tia. Sed & confessio huius hypothesew; infinita, & propter
rea obscura est: & probationem eius exteræ Ecclesiæ nun-
quam probabunt. Quid enim per carnem & sanguinem
Christi, quæ communicantur, siue per communicationem
carnis & sanguinis Christi intelligas, explicandum priuserat,
quàm vel exterarum, vel nostrarum Ecclesiarum consensum
quæres. Iam tu nobis pro carne & sanguine Christi, cuius
communicationem hac hypothesi nobis largiri, vis videri, se-
quentibus hypothesibus, Spiritum Christi, Benedictionem
Christi, Substantialem virtutem corporis Christi substituis:
& in ipsa hypothesi prima non explicas, vtrum in sacra Cœ-
na, an extra eam, hanc communicationem carnis & sanguinis
Christi fieri statuas. Neq; de dextra Dei satis aperte ponis,
vtrum ea locum certum humanæ Christi naturæ attributum,
an divinam & æternam gloriam, tibi significet. Quæ omnia si
explicares, facilius intelligi posset, quarum partium sis, &
quibus patrocineris. De argumento autem ab Omnipotens-
tia petito, respondebunt tibi exteræ Ecclesiæ, esse illud infir-
mum, periculi plenum, & propterea suspectum. Sequitur
ergo altera tua hypothesi. *Per quem Spiritum, Pater Chri-
stum Filium suum mortuum resuscitavit & viuificavit, per eun-
dem Spiritum, carnem nostram, & sanguinem nostrum, totumque
corpus peccato mortuum, carno & sanguine IESU CHRIS-
TI, viuificari, & ali, & refici posse, vel potius in COENA
DOMINI viuificari, ali, & refici.* *Ista ἀπόφασις, &*
S 2 hoc

hoc pronunciatum, mysteria aperire incipit, non modo primæ hypotheseos, sed etiam fidei & Cōfessionis tuæ. Modum, quo caro & sanguis Christi nobis communicentur, explicare constituisti, eumq; facis SPIRITUALEM, Per spiritum Pater nos viuificat, alit, & reficit in Cœna Domini, carne & sanguine Iesu Christi. Concedant igitur tibi hanc ἀπόφασις exterae Ecclesiae, & te Cinglianum, & Calvinianum esse, testimonio suo comprobent: sed nostræ Ecclesiae reclamabūt, & ex Paulo probabunt, in sacra Cœna, non Spiritū sanctū, aut eius dos num aliquod & efficaciam, sed PANEM, quem frangimus, esse νομιναίον corporis Christi, & hanc νομιναίον iuxta præceptum Domini fieri accipiendo et edendo Panem Benedictio- nis. Male ergo te facere dicent nostræ Ecclesiae, qui in explicatione νομιναίον huius Sacramenti, signorum Sacramentaliū obliuiscaris, & ob auulsas res signatas, ad spiritum transferas. Non autem negamus, vt in toto Ministerio, sic in sacrae quorū Cœnae celebratione adesse & cooperari Spiritum sanctum: sed hæc Spiritus sancti præsentia & cooperatio, vnionem propterea signorum & rerum signatarum nequaquam tollit. III. Vt vna est creatio & generatio omnium rerum naturalis: sic vna est regeneratio spiritualis, propria hominis (ab illa naturali separata) quæ per Fidem & Spiritum sanctum data atq; accepta, naturam nostram Adami primi parentis culpa perditam in integrum restituit, & filios Dei facit. Ista hypothesis, quæ est de Regeneratione spirituali, aut ad institutū hoc nihil facit, cum in quæstione de sacra Cœna, de ea regeneratione, quæ per fidem fit & Spiritum sanctum, nihil agatur: aut tacite negat, quod nostræ Ecclesiae nunquam tibi concedent, & quod non modo Vuitebergensi, anni 1536. sed etiam Marpurgensi, anni 1529. Concordia aperte concessum nobis erat. Ita enim habet Marpurgensis decimus quintus articulus: Similiter de usu

de usu Sacramenti (sacrae Coenae) consentimus, quod, si
 CVT VERBVM, à Deo traditum & ordinatum sit, ut infir-
 mas conscientias, ad fidem & dilectionem excitet per Spiritum
 sanctum. Ita etiam in Concordia anni 1536. perscriptum
 est. Ideo institutum est (hoc Sacramentum) ut testetur, gra-
 tiam & beneficia Christi sumentibus applicari, & verè cor-
 pori Christi inseri, & sanguine eius abluere eos, qui poeniten-
 tiam verè agunt, & fide in Christum se consolantur. Has
 duas hypotheses si negat tua tertia hypothesis, quàm procul
 à Concordia absis, ipse tu vides: si non negat, inscitè huc
 allata est, neque ad propositum facit. Neque ipsa, quam
 affers, similitudo quadrat. Est vna quidem creatio, & gene-
 ratio omnium rerum naturalis: sed non eodem modo, quos
 creantur aut generantur, etiam aluntur & sustentantur res
 naturales. Ita & Fides aliter in nobis generatur, per verbum
 videlicet, secundum illud Apostoli, Fides ex auditu: aliter
 autem alitur & sustentatur, per corpus videlicet & sanguis
 nem Christi in sacra Eucharistia, Evertit igitur potius, quàm
 confirmat hypothesin tuam similitudo allata. *IIII. Ut du-
 plex generatio, vna naturalis, alia spiritualis: sic etiam duplex
 benedictio est. Vna omnis naturae, cum diceret Deus, Crescite &
 multiplicare. Altera spiritualis, qua omnibus suis fidelibus bene-
 dixit, & cum illam Coenam institueret, & nunc, in qua nobis
 coenantibus cum illo adest. Non frustra monui supra in secun-
 da hypotheseos explicatione, signorum te Sacramentalium
 oblitum esse. Et iam certè ab illis BENEDICTIONEM,
 quam divinam vocationem Irenaeus nominat, abstrahis,
 eamque in fideles siue coenantes transfers. Nescio, quae Ecclesiae
 hanc hypothesin approbaturae sint, nostrae non probabunt:
 neque de exteris tam male sentio, ut probaturas putem, &
 hac probatione sua ex Paulo haec verba erasuras, CALIX*

BENEDICTIONIS CUI BENEDICIMVS
 & ex verbis institutionis, Accepit panem, benedixit. Non
 autem nego, Dominum in sacra Cœna suis etiam fidelibus
 benedicere: sed per hanc benedictionem, illam alteram tol-
 lere velle, qua Pani & Vino benedixit, hoc est, elementa
 hæc consecrauit, vt PER EA corpus & sanguis ipsius nobis
 exhiberentur, sive vt Paulus loquitur, vt ipsa sint KOINΩ-
 NIA corporis & sanguinis Christi, hoc verò ne utiquam fe-
 thesin de eadem re. *Quàm latè & longè sese benedictio Dei & Chri-
 sti explicat, tam longè & latè sese corporis & sanguinis sui exhibi-
 tio, & communicatio, & societas explicat. Explicat sese vbiq; loco-
 rum in Cœna Domini benedictio ipsius: ergo etiam exhibitio, & com-
 municatio, & societas carnis & sanguinis eius. Ergo vbiq; loco-
 rum participamus & fruimur & incorporamur carne & sanguine
 eius, & corporibus conformes, & σὺν μορφῇ euadimus. Istac hypo-
 thesi, etsi aliud agere vis videri, & id, quod agis, studiosè
 dissimulas: hoc tamen agis, vt credendum nobis sit, nemi-
 nem in sacra Cœna de corpore & sanguine Christi partici-
 pare, nisi cui Dominus benedicat, hoc est, nisi qui fidelis sit.
 Hoc enim tibi vis, cum exhibitionē & communicationē cor-
 poris & sanguinis Christi, cum societate carnis Christi, &
 incorporatione, & σὺν μορφῇ coniungis: quasi nemo ad ius
 dicitum edat sacram hanc Cœnam, aut reus fiat corporis Chri-
 sti. Vbi autem, Sturm, anni, 536. Concordia est: nonne ea
 » quitur. Secundo sentiunt, institutionem huius Sacramenti
 » per Christum factam, efficacem esse in Ecclesia Christiana,
 » nec positam esse in dignitate vel indignitate Ministri, qui
 » Sacramentum porrigit, vel illius, qui accipit. Quare, sicut
 Paulus.*

Paulus dicit, etiam indignos Sacramentum manducare: ita
 sentiunt, etiam **INDIGNIS VERE EXHIBERI**
 corpus & sanguinem Christi, & **INDIGNOS VERE**
ACCIPERE, cum institutio, & mandatum Christi
 Domini seruantur. Sed tales accipiunt ad iudicium, sicut
 Paulus inquit, quia abutuntur Sacramento, cum sine vera
 poenitentia & sine fide accipiant. Taceo, quod effectum
 sacrae Coenae, quem illa demum exeret in resurrectione ius-
 storum, tu huic vitae, & spirituali vnioni cum Christo, quae
 fit per fidem, attribuis. Alitur quidem in sacra Coena, Dis-
 uo Irenaeo teste, carnis nostrae substantia ad immortas-
 litatem: sed non propterea in hac vita, *ὡς μὲν οὖν* euadimus
 corporibus nostris, corpori Christi. Qui transfigurabit,
 inquit Paulus Philipp. 3. non autem, qui transfigurat cor-
 pus nostrum humile, vt conforme reddat corpori suo glo-
 rioso. Illud etiam praetereo, quod exhibitionem, & com-
 municationem & societatem carnis & sanguinis Christi,
 vbique locorum explicas, quam longè & late sese benedictio
 Dei & Christi explicat. At ea non in sacra solum Coena sese
 explicat, vt negare non potes: quid igitur, si ex hac tua hy-
 pothesi concludamus, non vsque adeo necessarium esse sa-
 crae Coenae vsum: cum etiam extra eam, carnis & sanguinis
 Christi vbique locorum participes fieri possimus, vbi dis-
 uina sese explicat benedictio? Quid si in ista hypothese caus-
 sa latet, propter quam neque ad coetum Ecclesiae nostrae,
 neque ad sacrae Coenae communionem te applicas? *VI.*
Quale in caco curando lutum & spurum Christi fuit, tale in
carne & sanguine nobis communicando, panis & vinum est.
VII. Quale in muliere menstrua patiente, simbria Christi
fuit, cuius attractu virtutem sanitatis accepit: tale in Coena
Domini, elementa panis & vini sunt, quorum gustatu carne
& sans

& sanguine participamus, ut caro ex carne, & os ex ossibus eius sumus. Tandem aliquando de Elementis, siue signis Sacramentalibus: sed vide, quàm procul à Concordia recesseris. Luto & sputo suo non ad exhibendum corpus & sanguinem suum usus est Dominus, sed ad curandum cæcum: & mulier mēstrua patiens, per tactum simbriæ Christi, non corpus, aut sanguinem Christi, sed ut tu ipse explicas, virtutem sanitatis accepit. Produunt igitur te duæ istæ hypotheses, quòd non corporis Christi, sed virtutis tantum illius & potentiae præsentiam credas in sacra Coena. Adde, quòd neq; de virtute sanitatis: quemadmodum de Pane benedictionis affirmavit, Hoc est corpus meum. Concedent tibi has duas hypotheses exteræ Ecclesiæ: sed hac concessione, ad Concordiam minimè accedent: quin imò, quæ & quanta sit inter nos controuersia, apertius quàm solent, declarabunt. Videamus autem & similitudines, quàs subiicit: *Vt ex Adami costa vna, Eva tota facta est: ita ex substantiali virtute corporis Christi, ei rursus incorporamur, ut tale nostrum sit, atq; euadat, quale eius in caelesti & eterna vita existit.* Et: *Quid nam de anima & corpore tuo sentis: corpus ne seipsum mouere, an ipsum ab anima omnem motum accipere? an non extincta anima, omnis à corpore motus est sublatu?* &c. Et quam vim anima nostra, in totum corpus nostrum, omnesq; eius partes habet, in carne pascenda, eam vim à Spiritu Christi noster spiritus in caelesti illo cibo non accipiat? Spiritus inquam noster in Christo regeneratus, hunc cibum non communicet, omnibus & singulis corporis partibus, ut verè nos mortales hominibus Christo nostro, anima & corpore, carne & sanguine concorporemur, eiusq; carne & sanguine, cooperante Spiritu sancto, in vitam pascamur sempiternam, ut hoc cibo & potu, ex omnium corporibus, vnum corpus conficiamur, quod est Ecclesiæ. At quis te, Sturm, in simili

stitudo de costa Adami, & Eva ita loqui docuit, vt dicas nos ex
 substantiali virtute corporis Christi ei rursus incorporari: Cuius
 Apostoli auctoritatem habet isthæc tua oratio: Costam preterea
 Adami cū substantiali virtute corporis Christi cōparas, nō cum
 ipso Christi corpore: cum tamen Christus non dicat, Hæc est
 substantialis virtus mei corporis, sed, vt saepe vobis inculcandū
 est, Hoc est CORPVS MEVM. Iam ex Adami costa, Eva fa-
 cta est, cum prius non esset: nostra autem corpora in sacra Eua
 charistia non efficiuntur secundū substantiam, tanq̄ que pri-
 us non fuerint: sed aluntur & sustentantur ad spem immortalis
 tatis & vitæ æternæ. Latet aut̄ & in hac, & in sequente simili-
 tudine, distinctio illa absurda, quantum ad istam quidem quæ
 stionē pertinet, de duplici Christi corpore: vno vero, quod cer-
 to cœli loco contineatur, & altero mystico, quod in sacra Cœna
 per participationem signorum, & fidem, spiritualiter efficiatur,
 & de quo intelligendum sit, Hoc est corpus meum, quod vides
 licet ex vobis per Fidē in me efficitur. De quo commento, scis
 ipse tu, quid ad quem Beza scripserit Epist. 68. Verba ipsius hæc
 sunt. Περὶ τῶ δὲ διαμακτικῶ συγγράμματι ἡ χάρις ὡς μεγίστη ἔχει.
 Quod te duplici corpore annotasti, OLIM MIHI DISPLICV.
 IT. Sed id postea PRO NOBIS plurimum facere animaduerti. Nec
 enim aliud esse potest Sacramentale, quàm corporis nomen Sacramenta-
 li meronymia acceptū: quod etiam sensisse videtur Lombardus lib. sen-
 tentiarum 4. distinct. 8. nisi fortasse existimandum sit, vtillos sic in-
 sanuisse, vt duplex corpus Christo re ipsa affingerent. Hæc aut̄
 alterius tuæ similitudinis sententia est: pasci quidem nos corpo-
 re & sanguine Christi, indeq̄ ipsos etiam corpus eius fieri: sed
 id per spiritum effici, nō autem per panem aut calicem benedis-
 ctionis. Rursus igitur nos à symbolis diuinitus ad hanc κοινωσίαν
 institutis, ad Spiritum, absq̄ Scripturæ testimonio auocas: & dū
 corporis et sanguinis Christi præsentia astruere vis videri, signa
 sacramentalia euacuas: quemadmodum alij, dū præsentiam il-
 lam oppugnant, nuda signa relinquunt.

T Hæc

146 *Defensio III. D. Ioannis Pappi.*

Hæc tua est Confessio, Sturm, quam Augustanæ Confessionis Ecclesiæ nunquã probabunt: exteræ aut ambabus, quod aiunt, manibus, et obujs vlnis excipient: vnde quarũ partium, & cuius religionis sis, facile perspicitur. Quanquam etiam sine Confessione tua perspicere hoc potuisset, ex tam sollicitis & longissimè quæsitis calumniarũ et blasphemiarum Caluini & Bezae excusationibus, vt ad ἰπποκράτης, etiam confugiendum tibi fuerit pag. 190: & ex tam acerbis & crudelibus nostrorum Doctorum accusationibus.

Quod igitur superest, Sturm: cum neq; vllius erroris librum Cõcordiæ potueris cõvincere: & sine causa, Augustanæ Confessionis, & Ecclesijs exteris, ab hac cõciliatione Ecclesiarũ nostrarũ metuas: neq; meliorẽ hac, quẽ in manibus iam est, in eundẽ da Concordiæ rationem ostenderis: quæ omnia perspicuè tibi sunt demonstrata: hortor ego, & per tuam salutẽ obtestor te, ne contra stimulum calcitrare pergas, et iram in die iræ, quo patet et iustum iudicium Dei, tibi ipsi cumulare. Sed potius da gloriam Deo, & quos neq; necessaria, neq; vera intercessione tua offensa disti, eos voce etiam tua senili in viam reducere stude: vt aduersi tanti iamiam Domino, cum gaudio occurrere, & multorũ aliorum vtilium laborum, Scholis & iuuentuti impensorum, præmium in ipsa vita æterna accipere possis. Dominus autem & Seruator noster Iesus Christus, qui est pax nostra, ipse nos in se ipso salutariter faciat vnum, sicut ipse et pater vnum sunt:

cui vni soli vero Deo, Patri, Filio, & Spiritui sancto, Creatori, Redemptori & Sanctificatori nostro, sit laus & gratiarum actio in secula, Amen.

